Bern. 327. 619 *Berol.* 269 *Bruxell.* 9777. 10064. *Paris.* 7976.
 8214. 8216. 10401 uar. *Nostrad.* 184 uar. a 2. m. *Valentian.* 1 *Cru-*
quii Mart., Zulichem. siue Diuaci cod., alii apud alios agit Regius]

mundus erit, qua non offendat sordibus, atque 65
 in neutram partem cultus miser: hic neque seruis,
 Albuci senis exemplo, dum munia didit,
 saeuos erit, nec sic ut simplex Naeuius unctam
 conuiuis praebebit aquam: uitium hoc quoque magnum.
 accipe nunc, uictus tenuis quae quantaque secum 70
 adferat. in primis ualeas bene: nam uariae res
 ut noceant homini, credas, memor illius escae,
 quae simplex olim tibi sederit; at simul assis
 miscueris elixa, simul conchylia turdis,
 dulcia se in bilem uertent stomachoque tumultum 75
 lenta feret pituita. uides ut pallidus omnis
 cena desurgat dubia? quin corpus onustum
 hesternis uitiiis animum quoque praegratua una
 atque affigit humo diuinae particulam aurae.

TESTIMONIA.

77 'desurgit: ἀφοδεύει, ὡς Ὀράτιος' gl. Philox. p. 70, 7 Vulc.

VARIA LECTIO.

65 qua *D* 1 *Eγ* (*v uar. a r 1 et 4 Bland.*) *Pph.* *Ac.* *Acr.* qui *F*
λ'u D 2 γ uar. (*β'vσgr2*) offendat *DEγFλ'* (*β'vagr et 4 Bland.*)
Pph. offendet *u* (*l uar.*) *γ* offendit *D superscr.* (*σ et Fran. 2*) *γ* sordi-
 bus] sordidus *γ* [*2 Bland.*] *Pf.* 66 cultus miser.] cultu. miseri *Peerlk.*
opp. Pph. cultus] Cuius *Ac.* miser] miseri *Hamacherus opp. Pph.*
migret Duentzerus 67 Albuci *Ω'ς' Pph.* *Ac.* *Acr.* Albutius *Porph.*
Albucius Porf. didit *γ D corr.* *E 2 ψ 2* (*v uar. σ a r*) dedit *D pr.*
ut uid. E 1 Fλ'u (*β'v g*) *Ac.* adibit *γ Fea* 68 saeuos *Porph.* Sae-
 uus *Ω'* (*var et β*) *Porf.* Seuus *σ* (*et Fran.*) Seruis *g* sic ut] *sit*
ut E ut] omis. u pr. γ naeuus *γ Fλ'* (*a*) neuus *D E u ζ'*
Acr. Nouus *Ac.* 69 Conuiuiis *D u Acr.* 70 nūcⁿ uinctus *λ*
opp. Pph. *Acr.* tenuis// *E teneris Acr. opp. Pph.* *Ac.* 71
 Adferat *D γ u* (*β'σ a g*) *Ac.* Adferat *E Fλ'* (*v r*) ualeat *γ pr.*
 uarie *λ* 72 hominis *γ a. ras.* esce *γ esce φ esse λ ascē E*
 73 at] at (*ad E 1 ut uid.*) *E ac gr γ* at *cell. ζ'* 74 conchylia
E γ conchilia D Fλ' ζ' chonchilia *u* 76 lenta] *L//// D Lenia Ac.*
 feret] ferat *β'γ* pētuita *λ opp. Ac.* 77 Cena *γ* (*ag et Fran.*)
Pph. *Acr.* Caena *DE Fλ'u* (*v σ r et β*) dubia] naria *ex Acr. interpr.*
Doederlinus opp. Pph. *Ac.* honustum *γ λ* onestū *E* 78 animū
 animū *u* pregruat *γ* 79 adfigit *E* (*r et omn. codd. Cr.*) affigit

alter, ubi dicto citius curata sopori 80
 membra dedit, uegetus praescripta ad munia surgit.
 hic tamen ad melius poterit transcurrere quondam,
 siue diem festum rediens aduexerit annus
 seu recreare uolet tenuatum corpus, ubique
 accedent anni, tractari mollius aetas 85
 inbecilla uolet; tibi quidnam accedet ad istam,
 quam puer et ualidus praesumis, mollitiem, seu
 dura ualetudo inciderit seu tarda senectus?
 rancidum aprum antiqui laudabant, non quia nasus
 illis nullus erat, sed credo hac mente, quod hospes 90
 tardius adueniens uitiatum commodius, quam
 integrum edax dominus consumeret. hos utinam inter
 heroas natum tellus me prima tulisset!

TESTIMONIA.

80 cf. s. Odilonis de mirac. s. Adelheidae liber [ap. Marrier. bibl. Cluniac. p. 366^a]: 'mox citius dicto surrexit claudus ab imo'
 84—87 'seu — puer (om. tenuatum — uolet)' florileg. Nostrad. 188
 84 cf. ecbasis captiui 111: 'tu recreare uenis tenuatum corpus ab
 escis' 85—86 'tractari — istam' florileg. Nostrad. 188 'tractari —
 solet' Vincentius Bellouac. spec. hist. 69

VARIA LECTIO.

D γ Fl' u uar. (β' ν σ α effigit *g*) afflixit *u* affligit *y* 80 dico *E*
 dictus *D* *pr.* opp. *Pph.* *Acr.* cicius *D E* 81 Membra *γ u*
 82 *Hic D Sic y* [*Fran.*] opp. *Pph.* *Ac.* trans currere *γ φ*
 quondam λ 83 festum rediens] rediens festū *D opp. Ac.*
 aduexerit Ω' ζ' (et 4 *Bland.*) adduxerit σ 2 *y* adduxerat *r*
uu. 84 sq. omis. *y* [*Paris.* 7976 *pr.*] 84 ubique] ubiue *Bentl.*
 85 Accedunt *u* (ν) *y* accident *Ac.* tractari *D opp. Ac.* et
 tractari *y* [*Regin., codd. aliq. ap. Torrent.*] ω mollius] nulli'
u opp. Acr. floril. Nostr. Vincent. etas λ etati *y* 86 Imbecilla
DEγ λ u ζ (et β) Imbecilla *F* (l et *Fran.*) uolet] solet *Vincentius*
 accedet] accrescet *Fea opp. Pph.* istam] illam ν *uar. y opp. Pph.*
 87 presumis λ mollitiem *γ u* molliciem *D Fl' mollicē E*
 88 ualetudo *EFl' u pr.* (σ ar 2 et *Fran.*) *Acr.* ualētudo φ *u* ualītudo
D γ ualītudo *vgr* 1 (et β) *Ac.* 90 set *γ pr.* 91 uitiaret *γ* (*a r* et
 'codex *Bland.*' *Cruq.*) *Acr.* uiciaret *E* (σ) uitiatum *D Fl' u γ uar.* (et β
 uic: ν σ *uar. g* et *Fran.*) uitaret *Peerlk.* [*'in 3 Bland. adnotatum est,*
reprehenderet' *Cruq.*] 93 Heroas λ

das aliquid famae, quae carmine gratior aurem
 occupet humanam: grandes rhombi patinaeque 95
 grande ferunt una cum damno dedecus; adde
 iratum patrum, uicinos, te tibi iniquum
 et frustra mortis cupidum, cum derit egenti
 as, laquei pretium. 'iure' inquit 'Trausius istis
 iurgatur uerbis; ego uectigalia magna 100
 diuitiasque habeo tribus amplas regibus'. ergo,
 quod superat non est melius quo insumere possis?
 cur eget indignus quisquam te diuite? quare
 templa ruunt antiqua deum? cur, inprobe, carae
 non aliquid patriae tanto emetiris aceruo? 105

TESTIMONIA.

103 'cur — diuite?' Seruius ad Aen. VI 611 schol. Pers. 3, 70

VARIA LECTIO.

94 graciosior *D* 95 Occupet *D* *Eγψ* 2 uar. λ p. ras. (σ pr. a l 2
 et *V*) Occupat u ψ corr. (β' v σ corr. g l 1 r) *Pph.* Hoccupat *F* λ a.
 ras. hoccupet λ rhombi *EγFλ'u* (agr et β) rombi *D* (vσ) rhūbi y
 [*Fran.*] patēq̄ *D* patinac cett. 96 grande ferunt] Grandes fuer̄
E dāpno φ (v; dampno β) danpno u dāno^{mp} *D* damno *Eγλ'ψ* (σ agr
 et *Fran.*) dedūcus λ adde] ^{adde} exte u opp. *Ac.* 97 uicinos]
 atque affines, *Peerlk.* iniquum y [*Mellic.*] iniquum Ω'ς' *Pph.* *Ac.*
 unquā *Pf.* 98 derit v 1 g deēpit *E* de erit γ ψ (l) deerit cett. ζ' u. 99
 om. y [*Barcin.*] 99 As *D* pr. *EγFλ'u* corr. ζ (et 4 *Bland.*) *Pph.* (ad
Pf.) Aes *D* corr. φ uar. (v corr. l 2 et *Fran.*) *Ac.* †As u as laquei]
 Asia que *F* (Asiaq̄ & l 1) laque *Pph.* (non *Pf.*) precium *E* λ
 inquit r *Pph.* inquis y opp. *Pf.* *Ac.* *Acr.* trausius *D* γ λ u (β' σ
 a g r) trauius *F* (v l r 2 uar.) *Pph.* *Porph.* transius *E* 1 trauius u 2
 marg. tranis *Ac.* Thracius *Cruquius* Trallius *Baxterus* **TRAUSIUS**
inscr. ap. Gruter. 744, 3 100 iurgatus *E* 1 opp. *Ac.* *Acr.* 101 ergo
E ergo hoc σ 102 quo insumere] quod ^{† q̄ insumere} sumere r insumere]
 insumere
 uincere u sumere y [*Lips.*] 103 indignus Ω'ς (cons. β') *Pph.* *Ac.*
Acr. *Seruius* schol. *Pers.* indignus *Hitzigius* 'Sensus (est add. *Porf.*):
 Cur te diuite aliquis pauper est?' *Porph.* 104 Templarū ^{vnt} *E*
 inpbe *D* *Eγ* (a et β) ipbe g) inpbe *F* λ' u (vσ r et *Fran.*) carae] carā
E 105 aliquid] aliud r y

uni nimirum recte tibi semper erunt res?
o magnus posthac inimicis risus! uterne
ad casus dubios fidet sibi certius? hic qui
pluribus adsuerit mentem corpusque superbum,
an qui contentus paruo metuensque futuri 110
in pace, ut sapiens, aptarit idonea bello?
quo magis his credas, puer hunc ego *paruos Ofellum
integris opibus noui non latius usum,
quam nunc accisis. uideas metato in agello
cum pecore et gnatis fortem mercede colonum, 115
‘non ego’ narrantem ‘temere edi luce profesta
quicquam praeter holus fumosae cum pede pernae.
ac mihi seu longum post tempus uenerat hospes

TESTIMONIA.

116 ‘temere — profesta’ gloss. Mai class. auct. VIII 235

VARIA LECTIO.

106 recte tibi Ω' (β'σ ag) Ac. recte tibi vr (et V) y tibi recte
y Bentl. tibi recte y recte Pph.' tibi] omis. Pph.' erunt Ω'ς'
Pph.' eunt y [Harlei. 3754. 4862] e. con. Nic. Heinsii Bentl.
res] tres Pph.' 107 inimici u opp. Ac. 108 dubius D pr. opp.
Pph.' Ac. fidet] fi& F (l1) opp. φ corr. Pph.' fidit g y Acr.
sibi] tibi E y opp. Pph.' cercius D 109 assuerit Dγu (β'σ agr)
Pf. adsuerit Fλ' E2 (v) Pph. atsuerit E1 Asuerit Ac. 110 an] At
γ At l At a y an qui] Antiqui E a. ras. y An//qui λ contus λ
112 his] hic y [Monac. quintus] Pph.' opp. Ac. Acr. puer
λ u E p. ras. F p. ras. (β'σ g) puerum DE u. ras. γ (val a. ras. r)
paruus Ω'ς' (pu9 g) offellū λ opp. Acr. 113 latius] lautius y
H. Stephanus laetius Nic. Heinsius 114 abcisis E pr. aut corr.
opp. Ac. uideas] omis. E opp. Ac. metato] metatū Fλ' (l1) opp.
Ac. mercato u uar. y opp. Ac. 115 gnatis EγFλ'ς natis u (et β)
gnatis D 116 edi luce DE u φ p. ras. (β'σ a1gr) Pf. Acr. glossar.
Mai edi//luce γ de luce λ γ uar. y et edulce F (l1) edulce Pph. & edi
luce ψ corr. & de luce va2 profesta] pfecta E pr. F opp. Pph.'
Porph.' Ac. Acr. gloss. Mai 117 Qdquā g opp. Acr. Qcquam a
preter E γ φ fumuse E 118 Ac DE γ Fλ'ς (et β) At ψ
corr. u (et Fran.) y Ac. seu] post u pr. opp. Ac. longus
D pr.

siue operum uocuo gratus conuiuia per imbrem
 uicinus, bene erat non piscibus urbe petitiſ, 120
 sed pullo atq̄ae haedo; tunc pensilis uua secundas
 et nux ornabat mensas cum duplici ficu.
 post hoc ludus erat culpa potare magistra,
 ac uenerata Ceres, ita culmo surgeret alto,
 explicuit uino contractae seria frontis. 125
 saeuia atque nouos moueat Fortuna tumultus:
 quantum hinc imminuet? quanto aut ego parcius aut uos,
 o pueri, nituistis, ut huc *nouos incola uenit?
 nam propriae telluris erum natura neque illum
 nec me nec quemquam statuit: nos expulit ille; 130

TESTIMONIA.

120 cf. ecbasis captiui 183: 'ex quo cum pomis, cum piscibus urbe petitis' 121—122 'tum — ficu' Prisc. VII 12, 63 22 'cum duplici ficu' Charis. I 15 p. 96 K. 128 cf. ecbasis captiui 110: 'laudes dic superis, siluae nouus incola surgis'

VARIA LECTIO.

119 uocuo γ *pr.* uacuo *cett.* 'ς' *Ac.* conuiuia λ 121 Set γ *pr.*
 hēdo γ λ (νr) ξ do a hēdo *Fu* (β' σgl) *Ac.* aedo *DE* tunc *DE* γ
 (σ a) tum *F*λ'u (β' νgr) *Priscianus* 122 nōx *E* ōrnabat γ
 ficu *D* γ *F*λ'u (β' a r) *Charisius Prisciani cod. optimus R* 1 fico *E*
 (νσg) u. 124 ante u. 123 ponit *Hamacherus* 123 culpa Ω'ς' (et
omn. codd. Cruq.) *Porph. Acr.* cuppa γ *Lambinus* cupa ω *Bentl.* pulpa
Nic. Heinsius nulla con. *Bentl.* nupta uel *Polla Peerlk.* pulso p: ma-
 gistro *Kirchnerus* in ed. a. 1817 culpa potare] cum nulla adpota
Hamacherus portare *E* 124 ac] quae *Peerlk. opp.* Ω'ς' (et *codd.*
Bland.) *Pph. Ac.* ita Ω'ς' (et *codd. Bland.*) uti σ *pr.* γ ita ut λ 2
 γ ut γ *Peerlk.* 125 Explucuit a contractiē D frontes λ
 126 Seuiat *D* u *S*ueuiat *E*. nouuos *E* - tumultus λ 127 inmi-
 nuet *E* imminuet *D* γ *F*λ'uς im: γ [*Fran.*] quanto *E* γ (a 12) quan-
 tum *D**F*λ'u (β' νσgr) quando *Peerlk.* aut] om. *E pr.* parti' φ u
 128 nituistis *D pr.* *E* γ ψ φ *uar.* ς' (nituis r 1) *Ac.* *Acr.* insti-
 tuistis *D corr.* φ (a 211) γ *Pph.* in//tuistis λ uixistis u γ ortum ex *Acr.*:
 'Nituistis accepti estis bene uixistis' huc] hoc ψ *opp. Pph. Ac.* hic
Pf. nouus Ω'ς' *Pph. ecb. capt.* 129 propriae Ω (β' νσar) pro-
 prie gl γ erum *DE* γ (σ ag et *Fran.*) γ herum *F*λ'u (νr et β)
 130 quem quam γ qemquā λ

illum aut nequities aut uafri inscitia iuris,
 postremum expellet certe uiuacior heres.
 nunc ager Vmbreni sub nomine, nuper Ofelli
 dictus, erit nulli proprius, sed cedit in usum
 nunc mihi, nunc alii. quocirca uiuite fortes
 fortiaque aduersis opponite pectora rebus?.

135

III

Sic raro scribis, ut toto non quater anno
 membranam poscas, scriptorum quaeque retexens,
 iratus tibi quod uini somnique benignus

TESTIMONIA.

131 'ut et supra: illud aut (aut & Porph.) nequities' Porph.' ad
 serm. II 3, 94 136 ecbasis captiui 218

II 3. 2 cf. ecbasis captiui 209: 'Romam, res lactas et prospera
 quaeque retexens'

VARIA LECTIO.

131 uaftri γ pr. POST V. 131 VNVM FOLIUM EXCISVM
 EST IN D, REDIT SERM. II 3, 75; ITEM POST V. 131 DE-
 SINIT cod. u

Ω' = $E\gamma F\lambda'$ ξ' = codd. $\beta' \nu \sigma a g r$ (l) praeter eos ex qui-
 bus aliae lectiones notantur; ξ = codd. $\nu \sigma a g r$ (l) praeter e. q. s.

132 Postremum Ω' ($\beta' \nu$ Post tremū a) Postremo $\sigma g r y$ expellit
 $E y$ uiuacior E 133 umbreⁿ E nuper] $\nu \sigma p$ E 134 Dictus
 erat: nulli proprius; sed cedit y Bentl. erit Ω' ($\beta' \sigma a g r$) erat νy

Peerlk. μ prius φ caedet $F\lambda'$ cedit ν cedit y Bentl. 135 aliis
 λy quo circa EF 136 opponite] ob ponite ν opponito ecb. capt.

II 3. DAMASIPPVM INTRODVCIT TRACTANTEM SECVM HORATIVS
 (S: II: om. r) $E(r)$ EGLOGA · III · $F\lambda$ DE DAMASIPPO add. ψ inscriptio-
 nibus carent γ (vagl) 'In hac egloga (om. Porph.) introducit Damasip-
 pum corripientem se tamquam (tanq: Porf.) desidiosum' Porph.' 'Haec
 ergo satyra habet quasi dialogi genus' Acr. 1 Si E 1 F corr. ($\beta' g$ et

3 Bland.) Ac. Acr. Sic $\gamma F\lambda' E_2$ ($\nu \sigma ar$ et β corr.) Pf. Si^c Pph.
 raro] rato E opp. Pph.' Ac. scribes $E_1 \gamma \psi$ corr. (a g) Pph. Ac.
 Acr. scribis $F\lambda' E_2$ ($\beta' \nu \sigma r$ et 3 Bland.) Pf. sic ergo scribis Peerlk.

ut $\Omega' \xi'$ Pph.' tu, ut Meinekius sic raro scribis, toto non ut quater
 anno Duentzerus 2 retexens] repixens F uar. opp. Ac. ecb. capt.

nil dignum sermone canas. quid fiet? ab ipsis
 Saturnalibus huc fugisti. sobrius ergo 5
 dic aliquid dignum promissis. incipe: nil est.
 culpantur frustra calami, inmeritusque laborat
 iratis natus paries dis atque poetis.
 atqui *uultus erat multa et praeclara minantis,
 si uacuum tepido cepisset uillula tecto. 10
 quorsum pertinuit stipare Platona Menandro,
 Eupolin Archilochum, comites educere tantos?
 inuidiam placare paras uirtute relicta?
 contemnere miser. uitanda est inproba Siren
 desidia, aut quicquid uita meliore parasti 15

TESTIMONIA.

9 Seruius ad Aen. II 96 13—14 'quin tu inuidiam — miser'
 schol. Pers. 3, 21 in glossis Pithoeanis 13 Hildebertus moral. phi-
 los. 983

VARIA LECTIO.

Ω' = $E\gamma F\lambda'$; ξ' = codd. $\beta'v\sigma agr(l)$ praeter eos ex quibus
 aliae lectiones notantur; ξ = omnes codd. $v\sigma a gr (l)$ praeter
 eos e. q. s.

4 ab $E\gamma\lambda\psi_2$ ($\beta'v\sigma arl_2$) at F (gl_1 et V) y 5 fugisti sobrius.
 ergo y [1 Bland.] Bentl. ergo esto y [1 Bland. Valentin. 1
 Vatican. A a 2. m.] Bentl. 6 incipe in rasura φ nil est? Cu-
 ninghamus 7 inmeritus $EF\lambda$ ($v r$ et Fran.) immeritus γ (σal) im-
 meritus (g et β) 8 iratis] Iratus Pph.' paries $\Omega'\xi'$ Pph.' chartis
 Hitzigius opp. etiam Porph.' 9 uultus $\Omega'\xi'$ Seruius 10 uacuum
 $\Omega'\xi'$ coepisset $E\gamma F$ tecto] lecto coni. et damnauit Bentl.
 11 Quorsum φ plantona γa . ras. 12 Eupolin $E\psi\lambda'$ ($v\sigma a g$)
 Eupolim $\gamma \varphi$ (r et β Eupoli Fran.) Eupolidi Peerlk. archilochum $F\lambda'$
 archilochus y [Basil. III Regin. 2, Feae codd. Vatic. E Suecouat.
 B a 1. m. Vaticanus Palat. F] Bentl. educere] et ducere y Stall-
 baumius tantos] quin tu (pro quantos?) schol. Pers. quid? tu Rut-
 gersius Bentl. 13 placare placare γ placere E Pph. opp. Pf. Acr.
 schol. Pers. Hildebert. paras] pares γ pr. y opp. Pph.' schol. Pers.
 Hildebert. putas y Peerlk. opp. Pph.' schol. Pers. Hildebert. pa-
 rasti Acr. in interpret. 14 Contemnere F (σagr) schol. Pers. Com-
 temnere γ Contēpnere λ ($\beta'v$) Contempne E inproba Ω (σ) improba
 $\beta'v agr$ Acr. siren $E\gamma$ syren $F\lambda$ 15 quicquid $E\gamma$ ($\beta'v\sigma ar$) Ac.
 Acr. quicquid F (gl) quid quod λ meliora φa . ras.

ponendum aequo animo'. di te, Damasippe, deaque
 uerum ob consilium donent tonsore. sed unde
 tam bene me nosti? 'postquam omnis res mea Ianum
 ad medium fracta est, aliena negotia curo
 excussus propriis. olim nam quaerere amabam, 20
 quo uafēr ille pedes lauisset Sisyphus aere,
 quid sculptum infabre, quid fustum durius esset;
 callidus huic signo ponebam milia centum;
 hortos egregiasque domos mercarier unus
 cum lucro noram; unde frequentia Mercuriale 25
 inposuere mibi cognomen compita'. noui,
 et miror morbi purgatum te illius. 'atqui
 emouit ueterem mire nouos, ut solet, in cor
 traiecto lateris miseri capitisue dolore;
 ut lethargicus hic cum fit pugil et medicum urget'. 30

TESTIMONIA.

16—17 'dii — tonsore' historia pontificalis 39 [monum. Germ. SS. XX 542]

VARIA LECTIO.

17 tonsores *y* [Paris. 8213 a. ras.] *Pph.*' sed unde] sc̄te
 (= secunde) *E* sed] set *γ* *pr.* 18 bene me] bene ///me λ
 postquam] pos. q̄a *y* [Montepess.] postquam etiam *Pph.*' 19 negocia
 λ' 20 querere *Eγ* 21 uafēr] faber *Fλ'γ* uar. (β' a uar. r) *y*
opp. *Pph.*' *Porph.*' *Ac.* lauisset] lauasset φ *pr.* *y* *opp.* *Pph.*'
 sisypus *F Pf.* sisiphus *γ λ* *Acr.* sisippus *E* sysyphus *Pph.* 22 Qui
E sculptum *Eγλψ* uar. (σ a corr. et omn. codd. Cruq.) scultum β' a
pr. scalptum *F* (vglr) 23 poenebā *E* *opp.* *Ac.* 25 mercuriale *γ*
pr. *y* mercuriē *E* *opp.* *Pph.*' *Porph.*' 26 Inposuere *E Fλ* *Pph.*
 Imposuere *γ* ζ' *Pf.* compita *EγF* (β' a l r) *Pph.*' copita λ competa *vσg*
 Eopoeta *Ac.* 27 miror morbi] morbi miror *y* *Aldus* atqui] *omis.*
E 1 28 Emouit *γ Fλ'* (β' v p. ras. σ ar) *Ac.* Et mouit *E* (v a. ras.
g) *y* mire] maior *Horkelius* morbus uel ire (sic) *Peerlk.* nou^v
 nouos a 1 ? *y* [Bamberg. pr. ut uid.] nou^vs a nouus Ω ζ'
 29 Traicto *γ* *opp.* *Pph.*' Traiecta *Ac.* *opp.* *Pph.*' ue *E* (σ g) que
γ Fλ' (β' v a r) 'qui lateris aut capitis dolore correpti sunt' *Acr.*
 30 ut] aut *Hertelius* lethargicus *EF* (β' g l) *Ac.* *Acr.* letargic'
 λ (σ) *Ac.* alt. l. loethargicus *γ* (a) letargicus *v* cons. r medicum]
 modicū *F* (β' ut uid. v a g l 1 et 2 Bland.) *y* urget *γ λ* ζ' urgvet
E urguet *g* urget *F* (l)

dum nequid simile huic, esto ut libet. 'o bone, ne te
frustrere: insanis et tu stultique prope omnes,
siquid Stertinius ueri crepat, unde ego mira
descripsi docilis praecepta haec, tempore quo me
solatus iussit sapientem pascere barbam 35
atque a Fabricio non tristem ponte reuerti.
nam male re gesta cum uellem mittere operto
me capite in flumen, dexter stetit et 'caue faxis
te quicquam indignum: pudor' inquit 'te malus angit,
insanos qui inter uereare insanus haberi. 40
primum nam inquiram, quid sit furere: hoc si erit in te
solo, nil uerbi, pereas quin fortiter, addam.
quem mala stultitia et quemcumque inscitia ueri
caecum agit, insanum Chrysippi porticus et grex
autumat. haec populos, haec magnos formula reges 45
excepto sapiente tenet. nunc accipe, quare
desipiant omnes aequae ac tu, qui tibi nomen
insano posuere. uelut siluis, ubi passim

VARIA LECTIO.

31 esto φ opp. Acr. hone] bene E opp. Ac. ne] omis. E
32 Frustrere λ opp. Pph. tu] omis. E post hunc u. ponunt
u. 40 β' y [Bamb. pr.] neque eundem suo loco omittunt 33 Siquid E
neri E $\gamma\psi$ uar. (vsa1gl2) uerum Fl' (β' r et 2 Bland.) uere a 2
34 Describi E hec γ π λ u. 35 omis. y [Paris. 8216 pr.] opp.
Ac. Pph. ^{sa} pientē λ sapientiā E opp. Pph. Porph. Ac. 36 fabri-
tio γ fabricicio λ 37 cum] \bar{c} λ opp. Ac. uellē] uellet Ac.
operto] operto ψ 38 dexter stetit] dextersterit E opp. Pph.
39 quidquā g te malus] temadus γ a. ras. angit E $\gamma\psi$ uar. (v
uar. σ ag) urget Fl' (β' v σ corr. r et 4 codd. Bland.) u. 40 omis.
y [Lips. 1] (cf. β' y ad u. 32) opp. Acr. 40 qui] qui φ uereare]
uereate E 41 si erit] siet Fl' y siriet (ortum ex siet) r 1 y [Lips.
pr.] 42 nihil λ pr. Acr. 43 Qē E stulticia et E (β' v σ gr) stu-
ltilia et cett. (a) Ac. stultities Meinekus et] omis. y [Basil. III
Wolfenbutt. I] quemcumque Ω' ζ' [quemcunq. 4 Bland.] quaecum-
que y \bar{c} \bar{c} \bar{c} g cuiusque Cuninghamus isitia λ 44 Cecum E
chrysippi λ' chrysippi F chrisippi E γ (v a g) crysip pi r crisippi. β'
 σ Ac. 45 autumat] Attumat Ac. hec . . . hec E 47 equē E
eq. λ 48 insano] Insani y Lambinus opp. Ac.

palantis error certo de tramite pellit,
 ille sinistrorsum hic dextrorsum abit, unus utrisque 50
 error, sed uariis inludit partibus; hoc te
 crede modo insanum, nihilo ut sapientior ille,
 qui te deridet, caudam trahat. est genus unum
 stultitiae nihilum metuenda timentis, ut ignis,
 ut rupes fluuiosque in campo obstare queratur: 55
 alterum et huic uarum et nihilo sapientius, ignis
 per medios fluuiosque ruentis: clamet amica
 mater, honesta soror cum cognatis, pater, uxor
 'hic fossa est ingens, hic rupes maxima: serua!'
 non magis audierit, quam Fufius ebrius olim, 60

TESTIMONIA.

49 cf. ecbasis captiui 1097: 'sufficiat dictis de tanto tramite uul-
 pis' 50—51 'ille — error' Prisc. XV 4, 19 59 'hic — maxima
 pendens' ecbasis capt. 200

VARIA LECTIO.

49 Palantis *E* (*r*) *y* [*Barcin. Bruxell. 9777 Lips. Montepess. Valentian.*] Pallantis *γ* Pallantis *a* Palantes *Fλ'* (*β'ν σ g*) de tramite] d&ramiite *E* 50 sinistrosū *y* [*Paris. 10401*] non Priscian. utrisque *Eγ* (*σ r 2 uar. et β corr. Fran.; a n. l.*) utrique *Fλ'* (*ν g r et β omn. Bland.*) Priscianus utrimque Cuninghamus 51 s& *γ* inludit *γ Fλ'* (*a*) illudit *Eζ'* parciū *E* 52 crede] Cre *E* nihilo *Eγψλ' Ac.* nichilo *φ* 53 trahit *γ* (*ν a*) trahat *E Fλ'* (*β'σ gr thr: l*) *Pph.' Porph.'* 54 Stulticiae *E* nihilum] nichilo *φ pr. ut uid. ignis Eγψ corr. y* [*Montepess. Valentian.*] ignes *Fλ'ζ'* (*a n. l.*) u. 55 sq. omis. *y* [*Bruxell. 9777 a 1. m.*] 55 rupes *Ω'ς* rupis *g* 56 uarum *E γ F λ* (*β' a gr*) *Pph.' Porph.' Ac. Acr.* uarium *ψ uar. (ν σ l) Bentl.* nihilo *E F λ'* (*ν σ agr uar. et Fran. nich: β*) nihilo *γ nilo r y* [*Basil. III Regin. 1*] ignis *E γ* (*ν a*) *y* [*Barcin. Mellic.*] ignes *F λ'* (*β' σ gr*) 57 ruentis] ruentes *F* (*ν pr. l a. ras.*) *y* amica] auicla Horkelius amice Schneidewinus 57—58 'amica mater honesta soror] melius est sic (si *Porph.*) accipi: amica mater, ut sit ex Graeco tractum *φίλη μήτηρ*, quam per se 'amica', per se deinde 'mater', quia mentionem uxoris facit in sequentibus' *Porph.'* 58 cognatis] ognatis *γ cognatus φ* 59 hic rupes] hinc rupes *y* [*Fran.*] ecb. capt. Vt rupes *Ac.* rupis *y opp. Acr.* ruptis *E* 60 fufius *E γ F* (*σ a l a. ras. r 2*) *Pph.' Porph.'* fusius *β'ν* ut uid. *l p. ras. r 1 fus' λ* (*g*) non post olim sed post Fufius commate distinguit Kirchnerus

cum Ilionam edormit, Catiensis mille ducentis
 'mater, te appello!' clamantibus. huic ego uolgens
 errori similem cunctum insanire docebo.

insanit ueteres statuas Damasippus emendo:
 integer est mentis Damasippi creditor? esto.

65

'accipe quod nunquam reddas mihi' si tibi dicam;
 tune insanus eris si acceperis? an magis excors
 reiecta praeda, quam praesens Mercurius fert?

scribe decem a Nerio: non est satis, adde Cicutae
 nodosi tabulas centum, mille adde catenas;

70

effugiet tamen haec sceleratus uincula Proteus.
 cum rapies in ius malis ridentem alienis,

TESTIMONIA.

64 historia pontificalis 39 [monum. Germ. SS. XX 542] 69 Ser-
 uui ad Aen. VII 422 'scribe decem Nerio' schol. Persii 2, 14
 71 cf. quod ex Appuleio laudauimus testimonium ad epist. I 1, 90

VARIA LECTIO.

61 edormit *Eγλψ p. ras. ζ' Porph.* edormiit *F(l) y* 'Et edor-
 mit pro praeterito accipi non pro praesenti debet (dedit *Porph.*)'
Porph. Ilionam dormit *y* Iliona dormit *Lennepius* catiensis *Ω'*
(ψ uar. per errorem) ζ' Pf. Porf. Ac. Acr. catenis *φ uar.* caciensis *gy*
Pph. Porph. 62 appello *E F (ν σ g l)* apello *γ λ (β' a r)* uulgus
E (g r) uulgum *λ* uulgum *γ F corr.* (*β' ν 2 σ a*) uultum *F (ν 1 ut uid.)*
 uulgus *l* (*littera g in erasa t ut uid.*) 63 Errorē *E* Errore *F pr.*
(l 1) opp. Ac. similem] similis *F* cunctum] cuncta *F pr.* (*l a. ras.*)
y uu. 64 sq. inuerso ordine in *y* [*Valentian.*] 64 'n̄ insanit. hyro-
 nicos † interrogatiue' schol. *γ uu.* 65 sq. inuerso ordine in *y* [*Lips.*
pr.] creditor, esto *Duentzerus* 66 nunquam *E(a)* numquam *cell.*
ζ' si]sit λ pr. 67 acciperis *E* 68 Reiecta *γ* 69 decem] dotem
Seruii cod. Regin. (deam Paris. 7929) opp. Ac. Pph. a nerio (*a et*
omn. codd. Cruq.) *Ac. Acr.* anerio *Ω' ζ' Pph.* nerio (*om. a*) *σ corr. gy*
Pf. schol. Persii '... lege decem (duodecī *Porf.* decem *Porf. marg.*)
 tabularum quas Nerio instituit' *Porph.* 'quidam anerio *ύφ' εν (ΥΦΗΝ*
Porph. υΦΗν Porf.) legunt' *Porph.* 'quidam anerio unum nomen
 esse dicunt, alii uero separant praepositionem et sic nomen infe-
 runt: Nerio, ablatiui casus. Nerius autem siue Anerius et Cicutae
 generatores fuerunt' *Acr.* 71 Effugit *E* tamen haec] *bis habuit*
λ pr. haec sceleratus] hic celeratus *E* proteus *Ω' (a) Ac. Acr.*
ptheus ψ corr. ζ' 72 rabies *E (g) opp. Pph.* ius *E γ uar. φ corr.*

fiet aper, modo auis, modo saxum et, cum uolet, arbor.
 si male rem gerere insani est, contra bene sani,
 putidius multo cerebrum est, mihi crede, Perelli 75
 dictantis, quod tu nunquam rescribere possis.
 audire atque togam iubeo componere, quisquis
 ambitione mala aut argenti pallet amore,
 quisquis luxuria tristiue superstitione
 aut alio mentis morbo calet: huc propius me, 80
 dum doceo insanire omnis, uos ordine adite.
 danda est ellebori multo pars maxima auaris;
 nescio an Anticyram ratio illis destinet omnem.
 heredes Staberi summam incidere sepulchro,
 ni sic fecissent, gladiatorum dare centum 85

TESTIMONIA.

75 cf. ecbasis captiui 147: 'sanior (sanius A) est multum cerebro (multo cerebrum A) qui potat acetum' 76 Seruius ad Aen. VII 422
 83 schol. Pers. 4, 16

VARIA LECTIO.

(gl uar. et Fran. Bland. codd.) y Pph.' Porph.' iura γ F a. ras. λ'
 (ν σ a r et β) iuſtra (ra a manu tertia) φ 73. 72 fiet (fict Pph.
 fit Pf.) aper modo auis modo saxum. & Pph.' et Porph.' ante u. 72
 exhibent 73 auis] apis v Ac. 74 si male rem] Simularē E 1
 opp. Ac. gererem γ pr. opp. Acr. insani, contra bene sani
 est y Bentl. 75 REDIT D

$$\Omega' = DE\gamma F\lambda'$$

mihī om. D pr. perelli Ω' Acr. pellē l perilli a parelli y Pph.
 (paſſerelli Pf.) Porph.' 76 nunquam EF (a) nunquam cett.' γ' Acr.
 77 audire atque] Atq. audire D opp. Pph.' componere EF (v)
 componere cett.' γ' Pph.' Porph.' 78 amorē E uu. 78—79 aut
 — luxuria] omis. y [Paris. 8216] 80 morbo] omis. E huc] hunc
 γ pr. hu//c v † hvc v marg. 81 oīs y [Paris. 10401] omnes Ω' γ'
 82 ellobori E pr. 83 Nescio Ω' γ' Pph.' Ac. schol. Pers. nec scio
 Meinekius an] om. φ pr. λ' y opp. Pph.' schol. Pers. anticyram
 σ r (et Fran.) y Pph.' Porph.' Acr. schol. Pers. antycirā D (g et β)
 antycyram F (l) anticiram γ (va) anticycyrā λ antiscyrā E 84 Here-
 des DE γ λ Hæredes F incidere] insculpserē Peerlk. 'ut heredes
 sui sepulcro eius insculperent' Porph.' sepulchro D γ F λ' γ' Acr.
 sepulcro E Porph.' 85 dacentum λ

damnati populo paria atque epulum arbitrio Arri,
 frumenti quantum metit Africa. 'siue ego prae,
 seu recte hoc uolui, ne sis patruus mihi'. credo,
 hoc Staberi prudentem animum uidisse. 'quid ergo
 sensit, cum summam patrimoni ~~in~~sculpere saxo 90
 heredes uoluit?' quoad uixit, credidit ingens
 pauperiem uitium et cauit nihil acrius, ut, si
 forte minus locuples uno quadrante periret,
 ipse uideretur sibi nequior: omnis enim res,
 uirtus, fama, decus, diuina humanaque pulchris 95
 diuitiis parent; quas qui construxerit, ille
 clarus erit, fortis, iustus. sapiensne etiam? et rex

TESTIMONIA.

95—98 'uirtus — uolet' Vincentius Bellouac. spec. hist. 69 florileg.
 Paris. 8818^a et Nostrad. 188 95—97 Hildebert. moral. philos. 990
 97 Prisc. XVI 2, 12 cf. Hincmari Rem. ad episc. epist. cap. 1 [t. II
 487^c Du Chesne]: 'unde in adulta aetate sapiens et rex fortis se
 ipsum reprehendebat, et uitare uolebat'

VARIA LECTIO.

$$\Omega' = DE\gamma FL'$$

86 Damnati *DE\gamma F* (*\sigma a g l r*) *Pf.* Dampnati λ ($\beta'v$) *Pph.*
 atque] et *Pph.* arbitrio] arbitriao φ *pr.* arri *E\gamma* (*\sigma a g r* et
Fran.) *Porph.* *Ac.* arrii *DFL'* (*v* et β) Arri, et *Bentl.* 87 quan-
 tum] et quantum *Peerlk.* africa γ afria^c *E* u. 89 ante u. 88
 ponit *y* [*Zulichem.*] 88 recte] recto *Ac.* 89 uidisse $\Omega'\zeta'$ (*et omn.*
codd. Cruq.) uidisse? *Horkelius* iussisse uel uoluisse *Lambinus* ludisse
y [*Regius*] cauisse^b *Peerlk.* quid] qd λ ergo] ego *E \lambda' pr.*
 90 cum summam] consūmā λ patrimoni *D\gamma* (*\sigma a* et β) patri-
 monii *EFL'* (*vgr* et *Fran.* patrom. *l*) 91 Heredes *FL* Heredes *DE\gamma*
 noluit] ~~staberi~~ φ quoad uixit $\psi \lambda$ (*a 2*) quo aduixit $\gamma E 2$ (*vgr* et
Fran.) quo ad uixit *D\varphi* (*\sigma l* et β) qd aduixit *E 1* (*a 1 ut uid.*) 92 nihil
 $\Omega'\zeta$ *Ac.* nil σ 93 locuples] locupl^t *Ac.* periret *DE\gamma* (*\sigma g a r*) per-
 isset *FL'* ($\beta'v$ et 3 *Bland.*) 94 nequior *D* omnis enim res] omnia
 enim, spes *Peerlk.* 95 pulchris *DE\gamma \psi \lambda'* ($\beta'v \sigma$) pulcris *r* pul-
 cris φ (*g*) pulcris^{u h} *a* 96 diuitiis parent] parent diuitiis *Hildebertus*
opp. Ac. construxerit *DE\gamma* (*\sigma gr* et 1 *Bland. cons. a*) *Vincentius*
 contraxerit *FL'* ($\beta'v$) *Hildebertus* 97 fortis iustus] iustus (iustus
Pph.) fortis *Pph.* *opp. Priscian. Hildebert. Vincent. floril.* 8818^a

et quicquid uolet. hoc, ueluti uirtute paratum,
 sperauit magnae laudi fore. quid simile isti
 Graecus Aristippus, qui seruos proicere aurum 100
 in media iussit Libya, quia tardius irent
 propter onus segnes? uter est insanior horum?
 nil agit exemplum, litem quod lite resoluit.
 siquis emat citharas, emptas conportet in unum,
 nec studio citharae nec musae deditus ulli, 105
 si scalpra et formas non sutor, nautica uela
 auersus mercaturis, delirus et amens
 undique dicatur merito. qui discrepat istis,
 qui nummos aurumque recondit, nescius uti
 compositis metuensque uelut contingere sacrum? 110

TESTIMONIA.

100 cf. Auson. ed. 3, 13: 'spargit Ar. mediis in Syrtibus aurum'
 103 Acr. ad n. 210 florileg. Paris. 8069 et Nostradam. 188 105 cf.
 eebasis captiui 207: 'nec studio citharae, nec musae deditus ulli'
 106 'hinc etiam Horatius in odis: si — sutor' gloss. Mai class.
 auct. VIII 551 109 sq. Vinc. Bell. spec. hist. 69 floril. Nostr. 188

VARIA LECTIO.

iustus sapiens] sapiens iustus *Dy opp. Priscian. Hildebert.* iustus
 et sapiens *Vincentius* ne γF ($\beta' \nu \sigma$ pr. l in ras. r) *Acr. Priscia-*
nus floril. Nostrad. que *DE* (l uar.) *Ac. floril. Paris.* 8818^a omis.
 ψ corr. λ ($g \sigma$ corr. et β p. ras.) *Hildebertus Vincentius* ['uariant hic
 codices, alii sapiensne etiam et rex; alii, sapiensque etiam rex; alii,
 sapiensque etiam et rex habent' *Cruq.*] 'aut interrogatio audientis aut
 dicentis dubitatio' *Acr.* et $\Omega' \zeta'$ *Priscianus Vincentius omis. g y*
Hildebertus floril. Paris. 8818^a *Nostrad.* 98 quidquid $F \lambda'$ (g) y
 ueluti] uelut in λ' opp. *Ac.* uelutin F 99 magne $E \lambda$ quid si-
 mile isti] Dissimilisque *Peerlk. opp. Ac.* simili E opp. *Ac.*
 100 Græcus $F Pf.$ Grecus *cett. Pph. Ac.* proicere] piccere $E y$
 101 Immedia D libya $F \lambda'$ libia $DE \gamma$ 102 onus $D \gamma F \lambda' \zeta$
 hōnus E (r a. ras. et *Fran.*) 103 quod] quid $D \iota$ aut pr. opp. *Acr.*
 litem quod] quod litem $y Pf.$ floril. Paris. 8069 *Nostrad.* 188
 opp. *Pph. Acr. ad u. 210 uu.* 104—140 omittitur uidetur *Porph.*
 104 siquis] Sequis *Ac.* citharas $DE \iota \gamma$ cytharas $F \lambda'$
 conportet EF (ν et β) conportet $D \lambda'$ (σagr et *Fran.*) 105 citharę Dy
 cytharac $EF \lambda'$ 106 nautia $E \lambda$ p. ras. 108 qui $\gamma F \lambda' D$ p. ras.
 ($\beta' \nu \sigma r$ et *omn. codd. Cr.*) *Ac.* quid $D a.$ ras. E (g) istis $DE \gamma \psi$
 corr. (σagr) *Ac.* iste $F \lambda'$ ($\beta' \nu$ et 2 *Bland.*) 109 qui] hic *Vincen-*
tius 110 Conpositis ν uelud λ contingere γ

siquis ad ingentem frumenti semper *aceruom
 porrectus uigilet cum longo fuste, neque illinc
 audeat esuriens dominus contingere granum,
 ac potius foliis parcus uescatur amaris;
 si positus intus Chii ueterisque Falerni 115
 mille cadis, nihil est, tercentum milibus, acre
 potet acetum; age, si et stramentis incubet unde
 octoginta annos natus, cui stragula uestis,
 blattarum ac tinearum epulae, putrescat in arca:
 nimirum insanus paucis uideatur, eo quod 120
 maxima pars hominum morbo iactatur eodem.
 filius aut etiam haec libertus ut ebibat heres,
 dis inimice senex, custodis? ne tibi desit?
 quantum enim summae curtabit quisque dierum,
 ungere si caules oleo meliore caputque 125

TESTIMONIA.

114 cf. ecbasis captiui 144: 'sed potius foliis parcus uescaris
 acerbis' 117—118 'unde — uestis' Prisc. XVIII 24, 210 de fig.
 num. § 30 p. 416 K. 117 cf. ecbasis captiui 147: 'sanior est mul-
 tum cerebro qui potat acetum' 119 'blattarum et — putrescant'
 gloss. Mai class. auct. VIII 68

VARIA LECTIO.

111 frumētis *E* aceruum Ω'ε' 112 porrectus] Proiectus *y*
 [Montepess.] Bentl. proiecto Peerlk. 113 contingere Ω'ε' con-
 fringere Meinekius contundere Apitzius consumere Peerlk. gra-
 num] in ras. *y* [Nostrad. 184] sacrum *y* [Monacensis quintus]
 114 foliis] foliis φ folii *E* uescatur] uexatur *E* (a) pascatur σ *y*
 115 positus *E* 116 ter centum γ tercentū *D F λ' Ac.* tre-
 centū *E* 117 stantis *E* opp. *Acr.* unde Ω'ε' *Ac.* ndis Horke-
 lius opp. *Acr.* uluae Meinekius opp. *Acr.* ultra Peerlk. opp. *Acr.*
 uneoctoginta Prisciani lib. XVIII. cod. *R a 1. m.* 118 Octo-
 ginta *D* opp. *Ac.* annos] annis *v y* 119 Blattarum *D E γ F*
 glossar. Mai Blatarū λ ac] et glossar. Mai putrescat Ω'ε'
 putescat Cruquiana putrescant glossar. Mai 121 pars] par *E*
 opp. *Ac.* 122 hec γ haeres *E F λ'* 124 Qvntvlum *E* cur-
 tabit] curtabat λ' opp. *Ac.* *Acr.* 125 Vngere *D γ F λ' (β'νσar)*
 Vnguere *E* (*g*) mediore *D a. ras.* capud *E*

coeperis inpexa foedum porrigine? quare,
 si quiduis satis est, peiuras, surripis, aufers
 undique? tun sanus? populum si caedere saxis
 incipias seruosue tuos, quos aere pararis,
 insanum te omnes pueri clamentque puellae; 130
 cum laqueo uxorem interemis matremque ueneno,
 incolumi capite es? quid enim? neque tu hoc facis Argis,
 nec ferro ut demens genetricem occidis Orestes.
 an tu reris eum occisa insanisse parente,
 ac non ante malis dementem actum Furiis quam 135

TESTIMONIA.

126 'inpexa — porci' gloss. Mai class. auct. VIII 421 'inpexa foedum porrigine' VIII 437 'inpexum foeda porrigine' VIII 435
 132 cf. ecbasis captiui 1144: 'incolumi capite es qui cano flore reluces'

VARIA LECTIO.

126 inpexa Ω' (v a r et β) inpexa σ g (et Fran.) glossar. Mai pp. 421. 437 cons. Acr. foedum DEγ (v agr et Fran.) glossar. Mai fedum Fλ' fēdum σ (et β) porrigine Ω'ς' Acr. prurigine y opp. Ac. glossar. Mai quare] porci glossar. Mai opp. Ac. Acr.

127 Siquiduis D Ac. Siquid uis E quid uis γ F q̄duis λ per-
 iuras γ (v a g; p iuras Fran.) peiuras DEFλ' (σ r et β) surripis]
 subripis a 1 (et β supripis Fran.) 128 tun sanus E γ pr. ψ p. ras.
 (a 1 g r et Fran.) tunc sanus D tu insanus Fλ'γ superscr. (v a 2) tum
 sanus σ (et β) cēdere y [Bamberg. Gronou. Regin.] credere g cedere
 Ω'ς' 129 seruosque y tuos Ω'ς' tuo g y Bentl. fuges Kirchne-
 rus pararis] parabis σ 130 te] ē^e E clamēt D clamant y
 131 interemis E y [Fran. Mellic. Montepess. pr. Paris. 7976 Regin.]

Ac. interimis D γ Fλ'ς 132 Incolumi Fλ (β' a r Inca^olumi l) Ac.
 incolomi DEγ (v σ g) es?] es. Duentzerus quidni? neque enim
 Bentl. quid enim Ω'ς' Ac. quidni? y tu] omis. λ (σ 1 a pr. et β)
 y Argis] agris E 1 133 ferro ut demens Ω'ς' demens ferro ut
 σ pr. y genetricem EFy [Mellic. Montepess. Paris. 7976] geni-
 tricem cett. ψ corr. ς' occidis Ω (v uar. σ pr. a g et β) occidit
 v σ corr. l r (et Fran.) horestes λ uu. 134—137 omis. y
 [Harleian. 2724 a 1. m.] 134 eum] en λ 135 'malis] aut
 magis uelis aut malis furiis (futuris v) uel uitis' Ac. Acr.

in matris iugulo ferrum tepescit acutum?
 quin, ex quo est habitus male tutae mentis Orestes,
 nil sane fecit quod tu reprehendere possis:
 non Pyladen ferro uiolare aususue sororem
 Electram; tantum male dicit utrique uocando 140
 hanc Furiam, hunc aliud, iussit quod splendida bilis.
 pauper Opimius argenti positi intus et auri,
 qui Veientanum festis potare diebus
 Campana solitus trulla uappamque profestis,
 quondam lethargo grandi est oppressus, ut heres 145

TESTIMONIA.

136 cf. ecbasis captiui 1219: 'ad iugulum tantum ferrum reddebat acutum' 142—157 cf. mythographus II 226 p. 149 Bod.: 'quidam uir Opimius admodum extitit auarus, ut quum multis diuitiis abundaret, ipse festis diebus Veientanum pessimum uinum biberet, priuatis autem diebus nappam, quod est Veientano deterius. hic forte prae nimio sollicitudine incidit in letargum morbum. tunc eius laetus heres coepit circa loculos currere et clauas quaerere, sperans illum cito moriturum. accedens medicus fidelis cognita morbi causa et pecunia tota ante se numerata dixit aegro: nisi tua custodias, nihil distat fame an morbo pereas. ille enigmilans: 'quis tollit?' ait et saluatus est' 143 schol. Pers. 5, 147

VARIA LECTIO.

136 iugulo] // // gulo λ tepe fecit u. 137 omis. λ pr. opp.
 Acr. est] omis. y Heindorfius male = tutae D (sic) male tuae
 E tutae] motae Nic. Heinsius horestes γ λ 138 sane] plane
 Peck. fecit γ quod] q λ que // (e in ras. i ut uid.) D
 reprehendere Ω' ε' reprehendere σ y possit γ pr. 139 pyladen g
 piladen γ (ν σ a r et Fran.) piladen E filadē λ (filaden β loco cor-
 recto) phyladen F philaden D (l) aususue D γ F λ ε' aususq; E
 sororem] sororem est y Bentl. 140 Electram E γ F λ' (ν 1 a 1 r)
 Electram D (β' ν 2 σ a 2 g) male dicit D E F maledicit γ λ utrique]
 utrisq; E uocando] uocandū λ 141 aliud] aliū F y quod] qua
 β' y opp. Pph. illis D uilis Pph. opp. Ac. 142 opimius D E
 γ ψ 2 (β' ν σ a r) Acr. opimus F λ' (g) Pph. argenti positi . . . auri]
 argento posito . . . auro Peck. opp. Acr. positi] poti E
 opp. Acr. 143 ueientanum D E ψ corr. (ν σ g r) Pf. schol. Pers.
 uegentanum γ F λ' (β' a) Pph. Ac. Acr. 144 uapā φ 1 opp. Acr.
 145 lethargo D F (g l r 2 et Fran.) letargo λ (r 1) loethargo γ (a)
 lithargo E laethargo ν letargo σ (et β) heres D γ λ heres F
 heros E

iam circum loculos et clavis laetus ouansque
 curreret. hunc medicus multum celer atque fidelis
 excitat hoc pacto: mensam poni iubet atque
 effundi saccos nummorum, accedere pluris
 ad numerandum: hominem sic erigit; addit et illud: 150
 'ni tua custodis, auidus iam haec auferet heres'.
 men uiuo? 'ut uiuas igitur, uigila. hoc age!' quid uis?
 'deficient inopem uenae te, ni cibus atque
 ingens accedit stomacho futura ruenti.
 tu cessas? agedum, sume hoc tisanarium oryzae!' 155
 quanti emptae? 'paruo'. quanti ergo? 'octussibus'. cheu!
 quid refert, morbo an furtis percamque rapinis?'

TESTIMONIA.

156 'quanti emptae? — octussibus' gloss. Mai class. auct. VIII 35

VARIA LECTIO.

146 clavis *D pr. E γ (v a r 1)* clauis *cell. 'ς'* letus *λ* 147
 medicus multum celer atque] medici ingenium celere arsque uel med-
 icus multa celer arte *Peerlk. opp. Acr.* celer atque] celebratq *E*
opp. Ac. 149 pluris *y [Regin. 1]* plures *Ω'ς'* 150 addit] addidit
E λ 151 haec] iam *Nic. Heinsius* heres *D* haeres *E γ F λ'*
 152 uiuas] uigiles *Peerlk.* uigil hoc age! *Doederlinus* uigila
D E F λ'ς' uigil^a *γ* quid *E γ D 2ς'* quod *D 1 F λ'* (et *β corr.*) *y*
 153 Deficiant *E y [Doruill. I Defit: Valentian. 1]* uenae te] uenae^e
E ni] nē *γ* 154 Ingens *Ω'ς'* praesens *Benll.* (is praesens
Peerlk.) ingesta *Marklandus* instans *Sanadonus* id genus *Horke-*
lius liquens *Hamacherus* insons *Paulyus* accedat *D ψ corr. λ (σ)*
 accedit *E γ F (β'v a g r)* 155 tisanarium *D γ (σ a g r 1 tisanariū v)*
Ac. tisanariū *E* tisanarium *F λ' (β')* tisanarium *r* oryzae *D E γ F (v σ*
ar et β) oryzae *λ (g et Fran.)* oryzae *l* 156 Quanti *D* emptae *DE*
^{at ū}
γ F corr. (v σ r et β) glossar. *Mai* empte *g (et Fran.)* emtae *a* empti
F λ'y emptum *Apitzius* ergo] omis. *γ (v i a 1) y* octussibus *DE*
γ F (v σ a l r et 3 Bland.) Ac. glossar. *Mai* octussibi;; *λ* octusibus *β*
l p. ras. octo assibus *y Acr. interpr.* oct. assibus *y [V] omis. g*
cf. Varr. L. L. V § 169: 'ptisanarium octusse siue octo assibus
emptum est' cheu *γ F λ' D 2 (v σ a r et Fran.)* cheu *D 1 a. ras.*
ehu E heheu *y [β] omis. g* 157 percamque *Ω'ς'* (et *omn. Bland.*)
 percamne *v y* percamue *y*

quisnam igitur sanus? 'qui non stultus'. quid auarus?
 'stultus et insanus'. quid, siquis non sit auarus,
 continuo sanus? 'minime'. cur, Stoice? 'dicam. 160
 non est cardiacus (Craterum dixisse putato)
 hic aeger: recte est igitur surgetque? negabit,
 quod latus aut renes morbo temptentur acuto.
 non est periurus neque sordidus, immolet aequis
 hic porcum Laribus; uerum ambitiosus et audax: 165
 nauiget Anticyram. quid enim differt, barathrone

TESTIMONIA.

158 'quisnam igitur sanus' Acr. ad u. 168 161 schol. Pers. 3, 65
 163 'Horatius in II sermonum: quod — acuto' Prisc. VI 6, 30
 164 cf. ecbasis captiui 714: 'non est periurus neque sordidus ac furiosus'

VARIA LECTIO.

ante u. 158 INCIP̄. DE STOICIS DISPVTARE *φ marg. noui ser-*
monis initium cum titulo EGLOGA . V . y [Gronou.] uu. 159—166
 quid — Anticyram] *del. Gruppeus u. 159—160 quid — sanus?*
omis. g opp. Acr. 159 quid, siquis non sit auarus?] quid enim
 differt, barathrone *Peerlk. u. 160 ante u. 159 ponit y [Bam-*
berg.] u. 159 omis. y [Paris. 8214 a 1. m.] opp. Acr.
 u. 167 et hunc u.: 'nauiget Anticyram. quid siquis non sit auarus'
 post u. 159 ponit *Peerlk. 162 Hoc E₁ eger D ager λ' est]*
omis. y u. 163 qui legitur etiam epist. 16, 28 in marginem releg-
abat Meinekius opp. Pph.' Porph.' Ac. Acr. 163 aut Ω'ς' Pr-
iscianus et σ 2 uar. g y morbo] mor/no E opp. Pph.' Acr. Priscian.
 temptentur *DγFλ' (σ a et β) Pph.' tententur y [codd. Bland.]*

temptent² *E pr. temptantur v g r (et Fran.) y Priscianus 164*
 periurus *Ω'ς' Acr. peiurus y [Gronou. 1] immolet DEγF (β' v σ*
alr) imolet λ imolet g inmol& Acr. 165 Ηι^o λ portum λ' por-
 cam *v Acr. uerum] utrū F u. 166 omis. E opp. Pph.' Acr.*

166 anticyram *γFλ' (a corr. r et β) Ac. anticyra D anticiram v σ a*
pr. g (et Fran.) anticurā y [Lips.] quid] q λ opp. Pph.' barathrone
DFλ' barathone γ (a r) baratrone β' σ g pr. Pph. baratrone Pf. bala-
 throne *v Ac. Acr. balatrone r 2 uar. y balatrone y Bentl. 'Barathro*
 (Baratro *Porph.) luxuriosus; uerum quidam legunt barathro ut ueniat*
 a nominatio *barathrus (baratrhus Porph.)' Porph.' 'Balathrone.*
 scurre et triuialis. nam balathrones (balatrones *γ) dicuntur rustici*
 homines, inepti et triuales. Publius Seruilius baratro (barathro *γ* ba-
 latro *Fran.) multa (multi v) in Augustum amare (cēsarē Fran.) non*

dones quicquid habes an nunquam utare paratis?
 Seruius Oppidius Canusi duo praedia, diues
 antiquo censu, gnatis diuisse duobus
 fertur et hoc moriens pueris dixisse uocatis 170
 ad lectum 'postquam te talos, Aule, nucesque
 ferre sinu laxo, donare et ludere uidi,
 te, Tiberi, numerare, cauis abscondere tristem;
 extimui, ne uos ageret insania discors,
 tu Nomentanum, tu ne sequerere Cicutam. 175

TESTIMONIA.

168—169 'diues (om. Regin. 1674) antiquo censu' Seruius ad Aen. VII 537

VARIA LECTIO.

sine ioco dixit. fuit autem tantus (totus ν) deuorator, ut simili uitio laborantes barathrones (barathones γ balatrones *Fran.*) dicti sint' *Acr.*

167 dones] damnes (*seruata scriptura* barathrone) *dubia Bentl.*
suspicio opp. Ac. quicquid *DEγψ pr. ζ' Ac.* quidquid *cett.' (g)*
 nunq̄ *E* numquam *cett.' ζ'* 168 *noui sermonis faciunt initium λ' (β'ν)*
y [Barcin. Berol. 5 Bruxell. 9777. 10064. Dessau. II Dresd. I. III.
Florentinus Lips. I. II a 2. m. Mellic. marg., Monac. I Montepess.
Pâris. 7976. 8214. 10401 Nostrad. 184 Valentian. 2 Wolfenb. I] non
Porph.' Acr. CONTRA AVAROS · ET AMBICIOSOS λ CONTRA AVA-
ROS & AMBITIOSOS EGLOGÁ · V · y [Mellic. Paris. 7976 cons.
Paris. 8214] CONTRA AMBITIOSOS & AVAROS y [Nostrad. 184]
Contra ambitiosos & auaros · egloga · V y [Bruxell. 9777] CONTRA
AMBITIOSOS ECLOGA V y [Florentinus] maiorem litteram ini-
tialem exhibent ψ y [Bamberg. Lips. sed minio pictam, Sorbon.
 1578] 168 Canusi] casusi *E opp. Pph.' Ac. Acr.* praedia *E Pph.'*
 prelia *Acr.* (plia g 1) 169 censo *E opp. Porph.' Ac. Seruius*
 gnatis] ignatis *E natis y* diuisse *DEγλ' ψ corr. ζ' (et omn. codd.*
Cruq.) Ac. diuisisse *F (a) y ex interpretatione Acronis* 170 hoc]
 haec y uocatis] duob; ν 1 u. 171 omis. y [Bamberg. pr.] *opp.*
Acr. posquā ν *opp. A* talos ψ (l) aule ψ \aleph ϕ 172 et
 ludere] effundere *Hamacherus opp. Acr.* et] te y [Lips. pr.] omis.
 g y ludere] laudere *E opp. Acr.* perdere *Bentl. opp. Acr.* cre-
 dere *Cuninghamus* 173 Te] omis. *E y* tiberi] tibi ψ *pr.*
 174 Extumui y [Mellic.] insania *D 1 E γ (a g r) y.* uaesania *F*
 uesania λ' *D 2 (β'νσ)* discors] discors *Nic. Heinsius* 175 nu-
 mentanum γ momētānū g Momentanum *Ac.* sequerere] sequere *D 1*
 λ' y *Pf.* sequerere *E* cicutā ν *Ac.*

quare per diuos oratus uterque Penatis,
 tu caue ne minuas, tu ne maius facias id
 quod satis esse putat pater et natura coerct.
 praeterea ne uos titillet gloria, iure
 iurando opstringam ambo: uter aedilis fueritue 180
 uestrum praetor, is intestabilis et sacer esto.
 in cicere atque faba bona tu perdasque lupinis,
 latus ut in circo spatiere et aeneus ut stes,
 nudus agris, nudus nummis, insane, paternis;
 scilicet ut plausus quos fert Agrippa feras tu, 185
 astuta ingenuum uolpes imitata leonem.
 nequis humasse uelit Aiacem, Atrida, uetas cur?
 'rex sum'. nil ultra quaero plebeius. 'et aequam

TESTIMONIA.

183 cf. Prudentius c. Symmach. I 102: 'ecce deum in numero formatum et aeneus adstat' 187 Seruius ad Aen. III 475 Prisc. VII 2, 7

VARIA LECTIO.

176 penatis $\gamma F \lambda$ (a) y [*Gronou. 1 Lips. pr.*] $p//natis E$ penates $DF2\zeta'$ 177 maius] mavis E 178 coerct & γF ($\nu\sigma ar$) coerct $DE \lambda'(\beta'g) Ac.$ 179 Praeterea λ titillet] tetillet a 1 aut *pr. opp. Ac.*

180 opstringā y [*Valentian. pr.*] obstricigā E obstrāngam r obstringam *cett.* ζ' aedilis EF edilis $D\gamma\lambda$ 181 pretoris γ p̄toris. his F at̄ p̄torib; his ψ *marg.* intestabilis] in̄testabilis D (in̄testabilis D 1) in̄etonabilis E recte etiam *Pph. Porph. Ac. Acr.* 182 cicere] cicera *Pph. opp. Ac.* tu] // φ perdasque $\Omega'\zeta'$ pdasne ψ *uar.* 183 Latus

$\Omega'\zeta$ (*et omn. codd. Cruq.*) Catus y [*Fran. 1*] $Ac.$ lentus *Nic. Heinsius* altus *Peerlk.* circo] circos ψ $a.$ *ras.* et $F \lambda'y$ *cons. Prudent.* aut $DE\gamma$ ($\beta' \nu 2 \sigma a g r$) & ut $\nu 1 y$ aeneus $EF\lambda'$ ϵ neus $D \gamma$

ut stes $DE\gamma F \zeta' Ac.$ instes λ ^{ut}astes y [*Paris. 8216*] astes y [*Basil. I 1 cod. Fcae*] asstes y [*Paris. 8213*] 184 nudus nummis] nummis $D y$ 186 ingenuum] ingeniū $\lambda'(g) y$ uolpes $E \psi$ (l *pr.*) y [*Regin.*] uulpes $D \gamma \varphi \lambda \zeta' Acr.$ imitata] imitate *Peerlk.* 187 humassē E uelit] uellet *Pph. opp. Seruius Priscianus* 188 nil $\gamma F \lambda'\zeta'$ nihil DE (r 1) *Pph. Acr.* quaero $D\gamma F \lambda'$ (νa et

β) quero E ($\sigma g r$ et *Fran.*) ^{ro}quære y [V] quaeres *Doederlinus* plepeius E et] at *Peerlk. opp. Acr.* equam γ

rem imperito, ac sicui uideor non iustus, inulto
dicere quod sentit permitto'. maxime regum, 190
di tibi dent capta classem reducere Troia.
ergo consulere et mox respondere licebit?
'consule!' cur Ajax heros ab Achille secundus
putescit, totiens seruatis clarus Achiuis,
gaudeat ut populus Priami Priamusque inhumato, 195
per quem tot iuuenes patrio caruere sepulchro?
'mille ouium insanus morti dedit, inclitum Ulixen
et Menelaum una mecum se occidere clamans.'
tu, cum pro uitula statuis dulcem Aulide natam
ante aras spargisque mola caput, inprobe, salsa, 200
rectum animi seruas *cursum? insanus quid enim Ajax
fecit, cum strauit ferro pecus? abstinuit uim
uxore et gnato: mala multa precatus Atridis:

VARIA LECTIO.

189 imperito *DEγF* ($\beta' \nu \sigma a l r$) *Acr.* īperito λ (*g*) ac *DEγ*
F ζ' at λ (*et V*) *y* cui] *omis.* *D pr.* 190 quod *EγFλ* ($\beta' \nu \sigma a r$)
Quid *gy* que *D y* permitto] *pmixto* ψ 2 *uar.* 191 Dii γ Di *DEFλ'*
Pph.' capta classem] *classē* capta *Eγ* reducere *DEγ1F* (*vagl*
r corr. et β) redducere $\lambda \gamma$ 2 (σ et *Fran.*) ^{reducere} *r* deducere *y Pph.'*

Troia] *troiē Pf.* 193 Ajax] *aiax* γ *aia* // *l* Achille] *acille* λ'
194 Putescit *DEγFλ* ($\nu \sigma a r$ et β *pr. omn. codd. Cruq.*) Putescit *g*
(*et β corr. Fran.*) *y* *Potescit* *l* totiens *DFλ'* (νa) *lociens* *E* (β'
 σr) *totēēs* γ *tocies* *g* seruatus ψ *pr. y* 196 sepulchro $\Omega' \zeta'$
sepulcro σ 197 insanus] *sanus Pph. omis. Pf.* ulixen *DEγψ*
($\nu \sigma a l r$ et β) ulixem φ (*g*) ulixē λ (*et Fran.*) 199 statuisti *E*
vlide E 200 *aram y* [*Bruxell.* 9777, 1 *cod. Valarti*] *Kirchnerus*

inpbe *DγF* *īpbe* λ (*g*) *pbe* *E* *improbe* ζ' 201 *cursum* *Bo-*
theus quorsum *DEγψ* *uar.* λ *corr.* ($\sigma a g l r$ *pr. et β*) *Acr. loco*
poster. quor̄sū φ quor̄sum *r* quor̄ ψ λ *pr.* (*et Fran.*) quorum *g r*
corr. Pph. Porph. Acr. loco priore 'inter quos, inquit (inquit
Porph.), insanus est utrum inter luxuriosos et auaros an inter amb-
bitiosos?' *Porph.'* 'quia multa sunt genera insaniae de quibus insanus
(*insanis v*) fuit Ajax? in *alio: (*om. D*) quorsum (*D*; in aliquorum
 γ *v Fran.*) insanus? hoc est quam (*sic D, om. γ, quod v Fran.*)
ob causam uel in quam partem?' *Acr.* insanus] *insani Peerlk.*
opp. Acr. 202 *nim*] *uini E opp. Ac.* 203 *Vxoreñ* γ gnato
DEγψ 2 ($\nu a g l r$ et *Fran.*) nato *Fλ* (*et β*) gnata σy

non ille aut Teucrum aut ipsum uiolauit Ulixen.
 'uerum ego, ut haerentis aduerso litore nauis 205
 eriperem, prudens placauit sanguine diuos'.
 nempe tuo, furiose. 'meo, sed non furiosus'.
 qui species alias ueri scelerisque tumultu
 permixtas capiet commotus habebitur, atque
 stultitiane erret nihilum distabit an ira. 210
 Ajax cum inmeritos occidit desipit agnos;
 cum prudens scelus ob titulos admittis inanis,
 stas animo, et purum est uitio tibi cum *tumidumst cor?'
 siquis lectica nitidam gestare amet agnam,

VARIA LECTIO.

204 ulixen *Dγ* (*v et β*) *Pph. Ac.* ulyxen *Pf.* ulixem *EFλ'* (*σ agr et Fran.*) 205 haerentis *al y* [*Valentian. 1*] herentis *Eγ* (*vr pr.*) *y* [*Bruzell. 9777 Lips. erentis Montepess.*] haerentes *Fλ* herentes *D* (*β'σ gr corr.*) litore *DEγF* (*agl r et β*) littore *λ* (*vσ et Fran.*) ibi sidere *Peerlk.* nauis *D pr. Eγ* (*v al r et β*) *y* [*Bamberg. Bruzell. 9777 Gronou. pr. Lips. Regin. Valentian. 1*] naues *cett. ζ*
 207 tuos *φ a. ras.* furiose *E* furiose? *Duentzerus* set *γ*
 contractum genibus tangas caput? estne marito

TESTIMONIA.

58 cf. Senec. epist. 37, 1: 'uri uinciri ferroque necari'

VARIA LECTIO.

48 intendit Ω' ζ' (et 4 codd. Bland.) incendit g (et Fran. uar.)
 y Benll. nuda lucerna] lucerna nuda E 49 Quaecumque γ excipit
 urgentis se y [3 Bland., cod. Pulmanni V] exceptit $E F$ ($\sigma a g l$ et
 β) exceptit r excipit Fran. excoepit γ accepit λy turgentis] turientis
 E urgentis $F 1$ ($l 1$ et Fran.) y u. 50 omis. y [Monac. quintus] opp.
 Acr. 50 equum y [Gronou.] equum Ω' ζ' suppinum λ
 u. 52 omis. γ pr. opp. schol. Γ 52 Ditior E forme $E \lambda$
 eodem] edem $E 1 \gamma$ 53 tu cum] Tecū F ($l 1$) (sed tu cum F uar.
 $l 2$) opp. Ac. 54 Dama] clama E pr. damma $g r$ 55 lacerna γ corr.
 $F \lambda \zeta'$ lucerna $E \gamma$ pr. (l pr. r uar.) 56 'simulas?'] simulas, Doe-
 derlinus induceris] educeris F uar. y 57 Altercante $\gamma F \lambda'$ (β'
 $\sigma a r$ corr. altercantibus r pr.) Alī candente E Alternante ηy [Ar -
 gent. III a. ras. Paris. 8213] 58 refert uri] refertur $Pph.$ refer-
 turi $l 1$ refert] refert ψ refertū φ uri] urgi y [Mellic.] uri
 uirgis] uirgis uri y opp. Ω' ζ' (et V) uinciri uri Linkerus 'uri flammis,
 uirgis secari, ferro necari' Acr. 59 turpi] turbi E archa λ' (g
 et β) 60 demisit $E \gamma$ ($g l r$) dimisit $F \lambda$ ($\beta' \sigma$) peccati conscia
 herilis demisit $E \gamma$ pr. peccati demisit conscia erilis a peccati demisit
 (peccatis dim: Mellic.) conscia herilis y [Dresd. III Mellic.] d: pec-
 cati (pect: r) conscia erilis (uel her:) cett. ζ' erilis F ($\beta' a g l$) y [Regin.
 Vossianus] herilis $E \gamma \lambda$ (σr) 61 Contractum γF ($\beta' \sigma a r$) Contractu

matronae peccantis in ambo iusta potestas?
 in corruptorem uel iustior. illa tamen se
 non habitu mutatur loco, peccatur superne.
 cum te formidet mulier neque credat amanti, 65
 ibis sub furcam prudens dominoque furenti
 committes rem omnem et uitam et cum corpore famam.
 euasti. credo, metues doctusque cauebis;
 quaeres, quando iterum pauas iterumque perire
 possis, o totiens *seruos! quae belua ruptis, 70
 cum semel effugit, reddit se praua catenis?
 “non sum moechus” ais; neque ego, hercule, fur, ubi uasa

VARIA LECTIO.

E Contractum ut λ' ψ 2 (g et fere omn. Cruq.) caput] capud *E*
 capt. λ 62 ambo *E γ F* (β' a g r) ambos λ' (σ) 'pro in ambos'
gloss. F uu. 63—65 eiebat Kirchnerus 63 tamen] etenim
Peerlk. 'tamen] enim aut habundat' *gloss. F* 'adultera enim supra
 adulterum nihil committit criminis neque habitum suum mutat. id
 est non deponit ingenuitatis insignia neque locum mutat. id est
 non exit de domo sua . . .' *schol. F* 64 motatur *E* pec-
 catue *E γ ζ'* (et eodd. *Bland.*) peccatque *F λ* (et β *corr.*) *y* pec-
 catue *y Pph.* spectetque *Horkelius* mutatur *Apitzius* superne
 Ω' (σ g r et β) *Pph.* *schol. F* supne *y* [*Fran.*] a n. l. supene *y*
 [*Paris.* 10403] supne *y* [*Regius*] supine *Petrus Nannius* superbe
Praedicomius sequens, te *Withofius* pudenter *Peerlk.* u. 65 omis.
y [*Lips. pr.*] opp. *Aer.* 65 cum] ·τ·cū ψ te] se *Hitzigius*
 opp. *Aer.* formidet] formidat *r pr. y Doederlinus* credat] cre-
 dit *y Doederlinus* 66 prudens] imprudens *Peerlk.* furenti]
 prudenti λ 67 Committas γ *pr. y* Committes *E γ corr. F ζ'*
 Cōmites λ uitam et cum corpore famam] famam et cum corpore
 uitam *Peerlk.* cum] omis. *E* 68 euasti] Euasit *F uar.* (φ
uar. ψ 2 uar.) opp. *gloss. F*: 'i. euasisti' euasti? metues, credo
y Bentl. euasti? credo metues *Kirchnerus* metues doctusque
E F λ' (β' a r) metuens doctusque γ (g) doctus metuensque σ
 69 Quaeres *F 2* (σ a l r et β) Quae res γ *pr.* (et *Fran.* 1)
 Queres *E* Quacris *F 1 λ* (et β *corr.*) Quers *g y* iterum] omis. λ
 pauas] pecces *Peerlk.*

70 REDIT ε: Ω' = *E γ F λ' ε*

70 tociens ε (σ a et *Fran.*) tocies *g* seruos Ω' ζ' que *F λ'*
 q. ε belua] beluarua *E* 71 semel] se me ε praua] priua
Cruquius, prae, *Peerlk.* 72 moechus γ *F ε* (a *corr. l*) moechus^h

praetereo sapiens argentea. tolle periculum,
iam uaga prosiliet frenis natura remotis.
tune mihi dominus, rerum imperiis hominumque 75
tot tantisque minor, quem ter uindicta quaterque
inposita haut unquam misera formidine priuet?
adde super dictis quod non leuius ualeat: nam,
siue uicarius est qui seruo paret, uti mos
uester ait, seu conseruos; tibi quid sum ego? nempe 80
tu, mihi qui imperitas, alii seruis miser atque
duceris, ut neruis alienis mobile lignum.
quisnam igitur liber? sapiens sibi que imperiosus,
quem neque pauperies neque mors neque uincula terrent,
responsare cupidinibus, contemnere honores 85

TESTIMONIA.

74 cf. *ecbasis captini* u. 1040: 'tunc uaga prosiluit frenis natura remotis' 85 'ut supra: responsare cupidinibus' *Porph.* ad II 7, 104

VARIA LECTIO.

λ (r) moelchus E mechus β'σ a pr. g ais] ait g y Pph.' aio γ pr.
ercule E uasa] uisa g (et V) 73 Pretereo F Pretero λ'
'prudens p̄tereo] 'Tumens (timens Fran.) legitur et prudens sub eadem significatione' *schol.* Γ periculum] pictum F uar. (perictū l uar.) opp. *schol.* γ 74 iam] tunc *ecb. capt.* prosiliet] prosiluit *ecb. capt.* natura] nata E 1 77 Inposita E ε (σ) Imposita γ F λ' ζ' haut E λ (σ) haud γ F ε ζ' unquam γ F λ' ε (β' σ a) unquam E (g r) priuet] priuat ε F uar. (β') y opp. *schol.* γ (BRIUAT l uar.) 'liberet (laboret Fran.)' *gloss. Fran. Voss.* 'liberauit' *gloss.* Γ (E γ) 78 super E γ ε φ 2 (β' σ a g l r 2 uar.) supra F λ (r) 79 paret] parat ε opp. *gloss.* Γ (E γ) paretpar ψ uti mos E γ ε F 2 ζ' ut imos g ut est mos F λ y 80 agit σ y conseruos a 1 conseruus Ω' ζ' quod Ω' ζ (et 1 Bland.) quid β' σ a g l 2 81 imperitas E γ F λ' ζ' inperitas ε alii E ε φ p. ras. (β' σ i a r et V cum 2 aliis codd. *Cruq.*) aliis γ F λ' (σ 2 g et β corr.) 82 du- ceris] Duceres ε 'traheris' *schol.* Γ lignum] signum auctore Iano Douza patre Bentleius opp. *schol.* Γ 83 Quis nā E que E γ F λ (σ a g r et V) qui ε (β' l) cf. *Stat. silu.* II 6, 16 sq.: 'qui sponte sibi que imperiosus erat' u. 84 post u. 87 ponit *Peerlk.* 85 responsare cupidinibus] 'percontatiue legendum' *Porph.* ad u. 104 contemnere γ (a g l) contempnere E F λ ε (β' σ r) honores] honorē ε y

fortis, et in se ipso totus teres atque rotundus,
 externi nequid ualeat per leue morari,
 in quem manca ruit semper fortuna. potesne
 ex his ut proprium quid noscere? quinque talenta
 poscit te mulier, uexat foribusque repulsum 90
 perfundit gelida, rursus uocat. eripe turpi
 colla iugo, "liber, liber sum", dic age. non quis:
 urget enim dominus mentem non lenis et acris
 subiectat lasso stimulos uersatque negantem.
 uel cum Pausiaca torpes, insane, tabella, 95
 qui peccas minus atque ego, cum Fului Rutubaeque
 aut Placideiani contento poplite miror
 proelia rubrica picta aut carbone, uelut si

TESTIMONIA.

86 Augustin. de quantitate animae 27 [I 414^c Ben.] cf. Anson. ed. 16, 5 sq. 'securus, mundi instar habens, teres atque rotundus externae nequid labris per leuia sidat' 88 'in — fortuna' florileg. Parisin. 8069 Nostradam. 188

VARIA LECTIO.

86 totus teres, *Lambinus* totus, teres *Bentl.* teres] terr^s & *E* opp. *Augustin.* 'in se teretes dicuntur qui ab alio non qu(a)erunt quod faciendum sit sed ipsi per se inueniunt' *Acr.* 87 nequid] ne quit *F* 1 per leue] pleue *F* pleua ψ uar. pleuet ϕ uar. 'Metafora a leui ligno siue marmore' *Acr.* uu. 88 — 90 post u. 91 ponit *y* [*Fran.*] 88 manca] manna *floril. Nostr.* 188 potesne *E* ε *F* p. ras. (β' σ a uar. *g* l p. ras.) potestne γ λ' (*a* r) 89 proprium] propium *E* γ (*a*) 92 *REDIT* ν

ζ' = *codd.* β' ν σ a *g* r (*l*) praeter eos, ex quibus alia lectio notatur: ξ = *codd.* ν σ a *g* r (*l*) praeter e. q. s.

liber liber] liber ε (*l* pr.) *y* 93 *Vrguet* a *g* acris *E* λ ε (*y*) *y* [β *Gronou.* 1 *Valentian.*] acres γ ξ 94 lasso stimulos] lasso, s timulos ψ stimulos] stimulus *E* pr. uersat] uexat *y* ex gloss. *I'*: 'regit uexat' negantem] neganti *Peckl.* 95 torpes] topens ε torp^s & *E* 'stupes miraris' gloss. *I'* insanæ *F* 96 Quid *E* 'quomodo' gloss. *I'* ego] omis. ε *y* 97 Au¹ γ placide iani γ λ' *F* 2 (*v* r) placideiani *E* placide iani *a* (et β) placidiani ε (σ placidi iani *Fran.*) paci deiiani ψ 1 pacideiani ϕ 1 *Pph.* (pacide iã *Pf.*) Pacidiani *y* [1 *cod. Bland.*] pacide iani *g* ef. *Lucil. ap. Non.* 4, 64: 'cum Pacideiano hic componitur' contento] ctempto *E* opp. *Pph.* schol. *I'* 98 Proelia γ ε (*a* l r) Praelia *E* λ (σ *g* et *Fran.* Pliã ν Prelia β) uelud γ

re uera pugnent, feriant uitentque mouentes
 arma uiri? nequam et cessator Daus; at ipse 100
 subtilis ueterum iudex et callidus audis.
 nil ego, si ducor libo fumante: tibi ingens
 uirtus atque animus cenis responsat opimis?
 obsequium uentris mihi perniciosius est cur?
 tergo plector enim. qui tu inpunitior illa, 105
 quae paruo sumi nequeunt, obsonia captas?
 nempe inamarescunt epulae sine fine petitae,
 inlusique pedes uitiosum ferre recusant
 corpus. an hic peccat, sub noctem qui puer uuam

TESTIMONIA.

107 Hildebert. moral. philos. 985 109—110 'an — strigili?'
 Prisc. VII 14, 70

VARIA LECTIO.

99 mouentes *E* γ φ 2 ψ corr. ζ' mouentis ε *F* uar. (l 1) morien-
 tes *F* λ 100 et] omis. *F* λ' (ν ι) γ opp. *Ac.* 'Si inquit pictura
 fuerim fortassis delectatus et moras fecero, statim dominus stoma-
 chatur' *schol.* γ dans ε dauus *cett.*' 101 u&erē *E* calidus ε
 102 nil] nihil *Pph.* *Porph.* *Ac.* si ducor] si ductor γ seductor
Pph. 103 cenis γ (α g et β) caenis *E F* λ' ε (ν σ r et *Fran.*)

responsat] respondat *E* opimis] opinis ε 104 perniciosus γ perni-
 ciosius *E F* λ (ν α g r et β) perniciosus ε (σ et *Fran.*) pnitiosus l' per-
 contatiue (pcontinuatiue *F*) legendum' *Porph.* *schol.* *F* 105 tergo
 plector. enim qui *Peerlk.* 'nam ego uapulo' *Acr.* qui tu *E F* 2
 ζ' (et *omn. codd. Cruq.*) *Ac.* qui tu r quid tu γ λ (α) quid (*om.*
 tu) ε qui dum *F* 1 (l 1) 'unde tu quo modo?' *gloss.* *I* inpunitior
E λ' (et β inpunior g) *Ac.* impunitior γ *F* ε ζ impunior r
 'interrogatiue hoc totum dicit affirmans ita esse ut dicit' *schol.* *I*
imitatus est Persius 5, 129 *sqq.*: 'sed si intus et in iecore aegro
 nascuntur domini, qui tu inpunitior exis atque hic, quem ad stri-
 giles scutica et metus egit erilis?' illa] ulla λ' 106 Que γ
 paruo sumi] aruosū in ε sumi] svmi *E* obsonia *E F* λ' (β' σ g
 r) ipsonia γ opsonia ν α u. 107 omis. ν pr. 107 petite *E*
 108 Inlusi *E F* λ' ε (r et β) Illusi γ (σ α g et *Fran.*) Inlusi ν lassati
 uel inflati uel collapsi *Peerlk.* illuduntque . . . et ferre *idem* pedes]
 omis. ε uiciosum ε 109 peccat] peccauit *Priscianus* noctem]
 nocte ε opp. *Priscian.*

furtiua mutat strigili? qui praedia uendit, 110
 nil seruile gulae parens habet? adde quod idem
 non horam tecum esse potes, non otia recte
 ponere, teque ipsum uitas *fugituios et erro,
 iam uino quaerens, iam somno fallere curam;
 frustra: nam comes atra premit sequiturque fugacem?. 115
 unde mihi lapidem? 'quorsum est opus?' unde sagittas?
 'aut insanit homo aut uersus facit'. ocus hinc te
 ni rapis, accedes opera agro nona Sabiuo.

VIII

Vt Nasidieni iuuit te cena beati?
 nam mihi quaerenti conuiuiam dictu's here illic

TESTIMONIA.

113 'et hic erro, nis. i. uagus quilibet et instabilis; unde Horatius in sermonibus: teque — erro' gloss. Mai class. auct. VIII 186

II 8. 1 Prisc. XVII 5, 38 2—3 'nam — die' Prisc. XV 3, 14

VARIA LECTIO.

110 Furtiua Ω' ζ' (et omn. codd. Cruq.) Priscian. Furtiuam y
 Prisciani 2 codd. ap. Krehl. mutat] motat E' predia ψ
 111 seruile] seruire ε corr. y gulae E φ 1 112 tecum] te :::: ε
 potes] putes E pr. ocia E 113 'uitas] se uitant' gloss.
 Γ uitans Peerlk. fugituius Ω' ζ' glossar. Mai et erro Ω' ζ'
 (et V) glossar. Mai ut erro r (et 3 Bland.) et erras y opp. schol.
 γ ut erras Peerlk. 'erro] nomen est' gloss. Γ 'Errones dicuntur
 qui inopes sunt consilii; hic erro, sicut popino uel ganeo' Acr. cf.
 edict. aedil. ap. Gell. III 2, 1: 'quis fugituius errore sit'
 114 q̄rens F querens γ ε querens E λ 115 sequiturque; fuga :::: ε
 117 ocus γ F λ otius E ε u. 118 REDIT C

Ω' = E γ C F λ' ε

118 nona] noua ε (σ 1) y

II 8. AD FVNDANIVM φ 2 (l AD FVNDANVM Fran.) AD FVN-
 DANIVM CENAM NASIDIENI REFERENTEM (REFERRE r) σ r
 inscriptione carent Ω (v a g et β) 'hanc ad Fundanium scribit' Porph.'

1 ut] qui Iahnus opp. Pph.' 'quomodo qualiter' Acr. nasi
 dieni F iuuit te] inuite λ inuite λ 1 cena C (g r et β) caena cett.
 (v σ a et Fran.) 2 q̄renti F querenti E γ C λ conuiua γ quae-
 renti conuiuiam] conuiuiam quaerenti Priscianus Bentl. opp. schol. Γ
 epist. dictus Ω' ζ' dictu's (= dictus es) conieci dictus here]

de medio potare die. 'sic ut mihi nunquam
 in uita fuerit melius'. dic, si grane non est,
 quae prima iratum uentrem pacauerit esca. 5
 'in primis Lucanus aper; leni fuit Austro
 captus, ut aiebat cenae pater; acria circum
 rapula, lactucae, radices, qualia lassum
 peruellunt stomachum, siser, allec, faecula Coa.
 his ubi sublati puer alte cinctus acernam 10
 gausape purpureo mensam pertersit, et alter

TESTIMONIA.

schol. γ (non Bamb. Fran.) epist. I 5, 2 5 'ut in sequentibus: iratum uentrem' Porph. serm. II 2, 18 8 cf. cecasis captiui u. 146: 'sunt mihi lactucae, radices, semina siluae' 9 Prisc. VI 4, 20 'siser — Coa' glossar. Mai [class. auct. VIII 230]. 10—11 'his — pertersit' Prisc. VII 11, 55 'acernam — pertexit' glossar. Mai [class. auct. VIII 15] 11 'gausape purpureo mensam pertersit acernam' Prisc. VII 15, 74

VARIA LECTIO.

dicti : : : re ε here Ω' ζ' Priscianus heri σ pr. y schol. γ epist. cf. Quintil. I 7, 22: 'here nunc e littera terminamus: at ueterum comicorum adhuc libris inuenio: heri ad me uenit, quod idem in epistulis Augusti, quas sua manu scripsit aut emendauit, deprenditur' I 4, 8: 'in here neque e plane neque i auditur' 'heri et here (& here & heri E) potest dici' schol. Γ illic Ω' ζ' Priscian. schol. γ epist. illuc y Peerlk. 3 potare] patare schol. γ epist. sic ut] sicut C φ (v) nunquam E C (g) numquam cell. ζ' 4 dic — non euanuit ε dic E γ C ζ' (et omn. codd. Cruq.) da F λ (β 2) y si] sic γ (a 1) 5 Que γ uentrem] tre ε uentre l 1 placauerit F λ ε (v a corr. g et β) pacauerit γ C E 2 (a pr. l corr. r et Fran. puc: l pr. pa cauerat σ) peccauerit E 1 y esca] : : : ε 6 In primis E C (v g l r) In primis F λ ε (β' σ a) Imprimis γ fuit] fluit ε opp. Pph. hic fuit Peerlk. opp. Pph. 7 cenae C ε (r et β cene g) caenae E γ F (v σ a l) caene λ 8 Rappula ε (β' σ) Rapula E γ C F λ' (v a g r) Pph. lactucae radices] radices lactucae ēt, Peerlk. opp. Pph. et ccb. capt. lassum] lapsum ε 'fastidiosum' gloss. Γ

9 allec γ C λ' ε ζ' allec F hallec E (r) alec y glossar. Mai faecula E γ C F λ' glossar. Mai fecula ε y [omn. codd. Cr.] Coa] coha F λ ε (β') choha l choa v coa g co& C 'Coa, piper allece non sine aceto' Priscianus praue admixto u. 49 10 ubi E γ φ 2 uar. ψ 2 (v corr. σ a g l r et β) ut C F λ ε (v pr. et Fran.) y Priscianus 'posteaquā' gloss. γ sublati] sublatas λ opp. Priscian. 11 pertersit] pertexit glossar. Mai coni. Cruquius d'tersit g y cf. Lucil. ap.

sublegit quodcumque iaceret inutile quodque
 posset cenantis offendere; ut Attica uirgo
 cum sacris Cereris procedit fuscus Hydaspes
 Caecuba uina ferens, Alcon Chium maris expers. 15
 hic erus: "Albanum, Maecenas, siue Falernum
 te magis adpositis delectat: habemus utrumque."
 diuitias miseris! sed quis cenantibus una,
 Fundani, pulchre fuerit tibi, nosse laboro.
 'summus ego et prope me Viscus Thurinus et infra, 20
 si memini, Varius, cum Seruilio Balatrone
 Vibidius, quos Maecenas adduxerat umbras.

TESTIMONIA.

15 Prisc. II 8, 46 cf. incerti excerpta argumenti grammatici § 56
 p. 210 Eichenf. et Endl.: 'Caecuba uina optima dicuntur'

21 cf. schol. Fran. ad serm. I 2, 2: 'balatrones autem luxuriosas
 ac perditos uocat a Sernilio Balatrone (balatronę cod.) cuius in secundo
 meminit'

VARIA LECTIO.

Prisc. VIII 50: 'purpureo tersit tunc latas gausape mensas'

12 qđcunq; *E C* quodque ψ 13 cenantis *C y* [β 1 *Lips.*] caenantis
F ε cenantes γ (*g r* et β 2 *Fran.*) caenantes *E* λ' ψ *superscr.* (ν σ *a*)
 offenderet ε (*et Fran. a. ras.*) 14 cereis *E* hydaspes *E C*
 ε (β' ν *l r*) *Pph.'* hydaspes *F* hydapes λ hidaspes γ (σ *a*) hyda^spes *g*

15 Cae^ouba ψ (*sed* ψ *marg.* Cecuba) al cēchiū ε alēchiū *C*
 16 erus Ω ξ herus (ν σ et β) albinum *C* maecenas *E C* φ ε (*a*
l r) mēcenas γ mecaenas ψ meceenas λ mecenas ξ' ualernū *E*
 17 appositis *E* γ (σ *a g*) adpositis *C F* λ' ε (β' ν *r*) 18 set γ
 cenantibus γ *C* (β' *g r*) caenantibus *F* λ' ε (ν σ *a*) canentib; *E* una]
 unam λ *a. ras.* 'simul' *gloss.* *F* 19 Fundā ε Fundāⁿⁱ *E* pulcre
F ε *opp. gloss.* *F* 20 et] *omis.* *C* prope] pro ε (β' ν et *V*)

Thurinus γ *F* ε (β' ν *a l r*) thurrinus *E* thrin^u' λ turin' *C* (turinus σ
²trinus *g*) Turanns *Fabricius cont. Ouid. Pont. III 16, 29* 20—
 21 Thurinus — Varius] *omis.* *y* [*Gronou.*] uu. 21—23 *omis.* *y*
 [*Regin. 1*] 21 si memini] seminici ε uarias λ balatrhone γ *C F*
 λ' (ν *a*) balatrone *E* ε (β' σ *g*) balatrhone *r* 'Balatrones dicuntur deri-
 sores, liberiores in loquendo, procaciores abiecto' *schol.* *F* 22 Vbi-
 dius λ *opp. Pph.'* *Porph.'* quos Ω' (β' σ 2 *uar. a r*) *Pph.'* *Porf.*
 quas ν σ *g y Porph.* maecenas *C* ε (ν *l r*) *Pph.'* mecaenas λ mecca-
 nas *E* γ *F* (β' σ *a g*) adduxerit *C y* adduxerat *cett.'* ξ' *Pph.'*

Nomentanus erat super ipsum, Porcius infra,
ridiculus totas simul absorbere placentas.

Nomentanus ad hoc, qui, siquid forte lateret,
indice monstraret digito: nam cetera turba,
nos, inquam, cenamus auis, conchyliis, piscis,
longe dissimilem noto celantia sucum;
ut uel continuo patuit, cum passeris atque
ingustata mihi porrexerit ilia rhombi.

25

30

post hoc me docuit melimela rubere minorem
ad lunam delecta: quid hoc intersit, ab ipso
audieris melius. tum Vibidius Balatroni

“nos nisi damnose bibimus, moriemur inulti;”

TESTIMONIA.

26 cf. Sedul. op. pasch. III 214: ‘cetera turba latet, numero
nec clauditur ullo’ 29. 30 Prisc. XVII, †init. add. in codd. RDI

34 cf. Ioann. Saresber. VIII 8: ‘si apud Nasidienum conuiuiae con-

VARIA LECTIO.

uu. 23 sq. omis. λ 1 add. marg. λ 2 inter uu. 9 et 10

23 portius γ C porticus E 24 simul E γ λ ψ uar. (σ a l 2 r) schol.
γ semel C F ε (β' v g l 1 et 1 Bland.) absorbere E γ C F (v σ a g l
absorberet r) Pph.' absorbere λ ε (β' et 2 Bland.) ‘pro absorbendas’
(ad sorbendam Porph.) Porph.' 25 Nonmentan' λ 26 mostrar&
y [Lips.] opp. Pph.' monstrare E cetera γ (v σ a l et Fran.)

27 inquam] tamquam Peerlk. ‘efexegesis’ gloss. γ caenam E γ
ε (v σ a) cernam' C cenamus F λ' (β' g r) gluttimus Gust. Kruegerus
auis C F ε (v ut uid.) y [β pr. Lips. Valentian.] aues E γ λ'

ψ corr. (σ a g r et β corr. Fran.) conchyliis ε cochylia γ conchilia

E C F λ' ζ' piscis y [Paris. 8213] pīscēs Ω' ζ' 28 dissimilem
noto] dissimili notum Peerlk. opp. Acr. celantia φ succum λ
(et Fran.) secum F 1 post u. 28 uersum hunc fere: ‘ingenitos (uel
natiuos) ignari expulsos arte sapes? intercridisse putat Doederlinus

29 atque] assi et y [?] Bentl. uu. 30 sq. inuerso ordine
habet y [β] opp. Priscian. u. 30 omis. ε opp. Priscian. 30 An-
gustata ψ 1 opp. Priscian. incrustata Horkelius porrexerit E γ
C F λ' (β' v g r 2) Prisciani cod. R porrexit r 1 y [Dessau. II Paris.
8214] Prisciani cod. I Marcilius et Horkelius porrexerat σ a y

Prisciani cod. D Bentl. 31 melimela] m&im&a F uar. y rubera

φ 33 balatroni E γ C φ λ' (v a r) balatroni ψ labatroni ε balatroni
β' σ g 34 dampnose β' damnosi Peerlk. opp. Ioann. Sar.

et calices poscit maiores. uertere pallor 35
 tum parochi faciem nil sic metuentis ut acris
 potores, uel quod male dicunt liberius uel
 feruida quod suptile exurdant uina palatum.
 inuertunt Allifanis uinaria tota
 Vibidius Balatroque, secutis omnibus; imi 40
 conuiuiae lecti nihilum nocuere lagoenis'.
 'adfertur squillas inter murena natantis
 in patina porrecta. sub hoc erus "haec grauida" inquit
 "capta est, deterior post partum carne futura.
 his mixtum ius est: oleo, quod prima Venafri 45
 pressit cella; garo de sucis piscis Iiberi;

TESTIMONIA.

ueniant, sordidus displicet apparatus, domus incomposita susurris incru-
 statur, et auaritia illius, qui tricliniis praeest, conuiuiarum irrisoriam
 prouocat gulam, ut quum Alifanis uinaria tota inuenterint, submurmur-
 ent inuicem illud Horatii: nos, nisi damnose bibimus, moriemur in-
 ulti' Verg. Aen. II 670: 'numquam omnes hodie moriemur inulti'
 39 'inuertunt Alifanis uinaria' glossar. Mai [class. auct. VIII 44]

VARIA LECTIO.

moriamur γ C F λ' ε ζ' Ioann. Saresber. moriamur E ψ 2 (σ 2) y 'It
 ferro moriamur et non uindicemur si non multum biberimus' schol. I'
 35 poscit Ω' ζ' (et omn. codd. Cruq.) poscunt y [maiores]
 meliores y [Valentian. cum aliis] opp. schol. γ 36 parrochi γ
 nil] nihil ψ a. ras. ε (l r) sic] sit E ut] $\&$ E in ε 'tāquā' gloss.
 γ acris E γ F λ' (σ corr. a r) acres C ε ζ'

uu. 37—83 DESVNT in ε ; $\Omega' = E \gamma$ C F λ'

37 potores] Potures C male dicunt Ω' 38 suptile y [Mon-
 tepess.] exurdant Ω' ζ exurdat g exurdant y 39 alifanis λ
 glossar. Mai alii fanis F 1 Pph.' alii lifanis v allifanis cett. ζ'

40 Vbidius λ opp. schol. γ balathro C φ λ' (v) balatro ψ balatro
 E γ ζ' imi E 1 γ (v a g r et Fran. 1 4 Bland.) schol. γ Voss. imis
 C F λ' E 2 (σ et β Fran. 2) 41 nichilum λ' nocue^r λ laconis
 F 1 lagoenis E γ C ψ 2 (a) lagenis φ 2 (β' σ l r) logenis λ lagēnis v
 laguenis g u. 42 omis. g 42 Adfertur E C (r et β 1) Affertur γ
 F λ' (v σ a et β 2 Fran.) squillas ψ y scillas l 1 natantis Ω
 (β' a r) y [Lips. Paris. 8214] natantes ψ corr. (v σ l) 43 pa-
 cina E 1 erus Ω' ζ herus v y heros β' haec] aec λ hec E
 grauida] gaudia λ opp. schol. I' inquit E C 46 cella] omis. E

uino quinquenni, uerum citra mare nato,
 dum quoquitur (cocto Chium sic conuenit ut non
 hoc magis ullum aliud); pipere albo, non sine aceto
 quod Methymnaeam uitio mutauerit uuam. 50
 erucas uiridis, inulas ego primus amaras
 monstraui inquoquere; inlutos Curtillus echinos,
 ut melius muria quod testa marina remittat".
 interea suspensa grauis aulaea ruinas
 in patinam fecere, trahentia pulueris atris 55
 quantum non Aquilo Campanis excitat agris.
 nos maius ueriti, postquam nihil esse pericli
 sensimus, erigimur; Rufusposito capite, ut si

TESTIMONIA.

47 cf. ecbasis captiui u. 731: 'quinquennis uini sitis est citra mare nati' 49 Prisc. VI 4, 20 (del. rh): 'piper allece non sine aceto' in marg. r: 'hoc magis ulla mali ut [lege: ullum aliut] piper albo non sine aceto' 54—56 Seruius ad Aen. I 697 (non Cassell.) 58 cf. Appulei. IIII 24, 290: 'quidni? quae inter genna sua deposito capite sine modo flebat'

VARIA LECTIO.

47 quinqueni γ 48 quoquit² λy [*Regin.*] coquitur *cett.* ζ'
 50 methymneam γ (g) me thymneã *C* methimneã *F* λ' (v a r et *Fran.*)
 methimnaeã *E* metimneam σ motauerit *E C* mutauerat y *Aldus opp.*
cett. ζ' (et *omn. codd. Cruq.*) *schol.* γ 51 Aerucas $\lambda \varphi$ *corr.*
 ψ *marg.* Aerucas ψ Erucas *E C* Arulas uel Arusas φ *pr. ut uid.*
 Erucas γ uiridis *E C* (β') y [*Valentian.*] uirides γ *F* (v σ a l luri-
 des g) uirides λ 52 inquoquere *F* $\lambda' y$ [*Fran. Gronou.*] incoquere
E γ C ζ 'Quidam sic legunt. Inulas et erucas (erucis v) monstraui
 incoquere (inquo: *Fran.*) inluto in cinere. ut sit Scurtillius (scru-
 tillilus *Fran.*) nomen. Alii inlutos echinos legunt . . .' *schol.* *I'*
 inlutos Ω' ζ' (et *codd. Bland.*) illutos σ inlotos uel illotos y *Bentl.*

curtilus λ cortillus *C* 53 quod Ω' ζ' quo y [*V et Pulmanni*
cod. H] quam y *Bentl.* que y [*Regius*] 'deest cum' *gloss.* γ *Voss.*
 murina *C* remittat γ *F* λ' ($\beta' v \sigma$ *superscr. a r*) remittas *E pr.* re-
 mittit *E corr.* *C* (σ g et *omn. codd. Cruq.*) *Bentl.* 54 grauis Ω'
 (v a g) y [*Gronou. Lips. Mellic. Regin. i Valentian.*] *Pph.* graues
 $\beta' \sigma r$ *Seruius uolg.* aulaea γ *Porph.* *Seruius uolg.* aulea *E C F*
 $\lambda' \zeta'$ *schol.* *I'* 55 fecere γ fere *C* atris φ 1 56 aquilo ψ
 57 post quã *F* (l) nihil *C* uu. 59—95 DEFICIT 1

filius immaturus obisset, flere. quis esset
 finis, ni sapiens sic Nomentanus amicum 60
 tolleret: "heu, Fortuna, quis est crudelior in nos
 te deus? ut semper gaudes inludere rebus
 humanis!". Varius mappa conpescere risum
 uix poterat. Balatro suspendens omnia naso,
 "haec est condicio uiuendi" aiebat, "eoque 65
 responsura tuo nunquam est par fama labori.
 tene, ut ego accipiar laute, torquerier omni
 sollicitudine districtum, ne panis adustus,
 ne male conditum ius adponatur, ut omnes
 praecinctorum recte pueri comptique ministrent? 70
 adde hos praeterea casus, aulaea ruant si,
 ut modo; si patinam pede lapsus frangat agaso.
 sed conuiuatoris uti ducis ingenium res

TESTIMONIA.

64 cf. Hieronym. epist. 85 ad Paulinum 4: 'ne me putes in modum
 rustici Balatronis cuncta Origenis reprobare quae scripsit' Pers. 1, 118:
 'callidus excusso populum suspendere naso' 73—74 'Multorum in-

VARIA LECTIO.

59 immaturus $\gamma \varphi \lambda$ ($\beta' \nu a r$) immaturus immaturus ψ $\bar{\imath}$ matur⁹
 σg immaturus *C*; *E n. l.* 60 $\bar{\imath}\bar{\imath}$ tanus λ 62 inludere Ω (*a r*)
 illudere ξ' 63 Human⁹ λ uariis *F 1* mappā *C* cōpescere *E C*
 conpescere *cett.* ξ' 64 balathro *C F \lambda* (νr) balatro *E* ($\beta' \sigma g$) bara-
 thro γ (*a*) 65 *inde a u.* 65 **DEFICIT** ν

$\Omega = E \gamma C F \lambda$; $\xi' =$ aut omnes *codd.* $\beta' \sigma a g r$ aut horum
codd. ea pars, ex quibus non alia lectio notatur; $\xi =$ aut omn.
codd. $\sigma a g r$ aut e. q. s.

haec] Hoc γ *pr.* Hec γ *corr.* condicio *E F* (σg) conditio $\gamma C \lambda$
 ($\beta' a r$) 66 nunq *E* numquam *cett.* ξ' par] pars $\lambda a. ras. omis.$
 γ *pr.* 67 Ten *C* (σ) y accipiar] accipier ψ 'pascar $\epsilon\upsilon\varphi\alpha\nu\theta\omega\tilde{\omega}$ '
gloss. γ torquerier omni] torqueri (torquere φ) romani *F uar.*

69 ius] *omis.* ψ *pr.* adponat² *C* apponatur *cett.* ξ' 70 Precincti λ
 recte pueri *E F \lambda* ($\beta' \sigma a r$) recte pueri $////$ γ pueri recte *C* (g)
 comiti ψ 71 adde] addi *Peerlk.* hos] ^hos λ p̄terea *E F*
 p̄teā λ aulaea Ω ξ' ruant] ruunt y *Peerlk.* 73 Set γ *pr.*
 ducis] dicis γ *pr.* (*r pr.*) *opp.* *Acr.*

aduersae nudare solent; celare secundae”.

Nasidienus ad haec “tibi di quaecumque precaris, 75
commoda dent; ita uir bonus es conuiuiaque comis;”
et soleas poscit. tum in lecto quoque uideres
stridere secreta diuisos aure susurros’.

nullos his mallet ludos spectasse; sed illa
redde age quae deinceps risisti. ‘Vibidius dum 80
quaerit de pueris, num sit quoque fracta lagoena,
quod sibi poscenti non dantur pocula, dumque
ridetur fictis rerum Balatrone secundo,

Nasidiene, redis mutatae frontis, ut arte
emendaturus fortunam; deinde secuti 85
mazonomo pueri magno discernpta ferentes
membra gruis sparsi sale multo non sine farre,
piugibus et ficis pastum iecur anseris albi,

TESTIMONIA.

genium — secunde (hoc uerb. om. Nostr.)’ Vincent. Bellouac. spec. hist.
69 florileg. Parisin. 8818^a Nostrad. 188 74 florileg. Paris. 8069
78 Prisc. X 5, 29 81 sq. cf. ecbasis captiui uu. 986 sq.: ‘scrutor
raucisona, num sit quoque fracta lagoena? quod mihi poscenti non dan-
tur pocula uini’ 86—87 Prisc. VI 16, 81: ‘discernpta — farre’

VARIA LECTIO.

74 Aduerse γ 75 hec *E* tibi] ita *Peckl.* di] *omis.* *F* 1
 λ quęcunq; *E C* quecūq; λ precaris γ (σ a r) p̄caris *E* (*g*) p̄ceris
C F λ (β' σ *superscr.*) cf. *Mart.* VI 87: ‘di tibi dent et tu, Caesar,
quaecumque mereris’ 76 ita] ,ut *Peckl.* es] *es* ψ & ψ 1
es // φ est φ 1 *y* [*Paris.* 8214] 77 uideris λ 78 diuisos] diuis^{is}
psi diuissos *Prisciani cod. L* 80 uibidus *C* 81 Querit γ quo-
que *C* facta γ lagoena *E* γ (*a et Fran.*) lagoena *C F* λ laguena
g lagoena *F uar.* (σ r et β) 82 dantur *E* γ ψ (β' σ 1 a r) *ecb. capt.*
dentur *C* φ λ (σ 2 *g*) 83 *REDIT* ε

$\Omega = E \gamma C F \lambda \varepsilon$

83 fictis] uictis *E F uar.* balatrone *E* γ ε (β' σ a) *schol.* γ
balathrone *F* λ (*r*) abalatrone *C* alatrone *g* 84 Namsidiene λ 1
mutate *E* ε motatę *C* u. 85 *omis.* ω [*ed. Zarot.*] 86 magni *F* 1
87 gruis] grau^{is} λ 1 *opp. Priscian.* 88 pastum Ω ζ' *glossar.*
Mai pasti *y* pasto *y* pastae *Gruppen* alb^{is} ε 1 *ut uid.* albe *g*

et leporum *auolsos, ut multo suauius, armos,
 quam si cum lumbis quis edit. tum pectore adusto 90
 uidimus et merulas poni et sine clune palumbes,
 suauis res, si non causas narraret earum et
 naturas dominus, quem nos sic fugimus ulti, *
 ut nihil omnino gustaremus, uelut illis
 Canidia adflasset peior serpentibus Afris. 95

TESTIMONIA.

89—90 'et — edat' Prisc. XVII 7, 47

VARIA LECTIO.

albae y [*Bland. codex antiq. et Tons. ap. Cruq., Feae Suecouatic.*
 1701 a 1. m., *Pulmanni cod. H*] albi cett. ζ' album coni. *Grup-*
peus cf. Mart. XIII 58, 1: 'aspice, quam tumeat magno iecur an-
sere maius' 89 leporum] leporis r pr. (et *Fran.*) y auolsos
E γ *C F* λ ζ uolsos ε (et *Fran. 2 Bland.*) y inde a u. 90 **DEFI-**
CIT β 90 quis edit] qui sedit ψ pr. edit Ω ζ edat y *Priscia-*
nus 'pro edat' gloss. I tum] dum ε cum *E* ut uid. *C* y
 adusta ψ 1 opp. *schol. \gamma* 92 Suauis Ω ζ y [*Argent. III Berol.*
 269 *Fran. Gemblac. Gronou. Lips. Mellic. Montepess. Paris. 7976.*
 8214 a 2. m. *Nostrad. 184 Regin. Regius Valentian. cum aliis*]
 Suaues y 94 uelud ε ueluti y uelut illis] ueluti si y [*Mon-*
tepess.] *Bentl.* 95 adflasset *C F* λ ε (r) afflasset *E* γ (σ a g et
Fran.) peior Ω ζ peius *Peerlk.* afris *E* γ ε *F* uar. (a g r et
Fran.) atris *C F* λ (σ g uar.) Q. (*om. \lambda*) HORATHI · FLACCI · SER-
 MONV̄ LIBER SECVNDVS (· II · φ λ) EXPLICIT ∴ ∴ (· φ λ) *F* λ ORATHI
 FL · CARMEN SECVLARE EXPLICIT · INCIPIT LIBER EP̄LAR̄ sic ε
 SERMONV̄ LIB · II · EXPLICIT · INCIPIT LIB · I · EPISTOLARV̄
 σ FINIT DECIMVS LIBER HORATHI FELICITER a *Sermonum*
 liber hic finem dat uatis orati · r subscriptione carent *E* γ *C* (g)



FASCICVLVS II

Q. HORATI FLACCI

EPISTVLARVM LIBRI II

LIBER DE ARTE POETICA

RECENSUIT

OTTO KELLER

PRÆFATIO



— nonumque prematur in annum
membranis intus positis.

Tandem consilio poetae satis ad uerbum inpleto — uere enim anni **MDCCCXLI** huius libri fundamenta ac subsidia colligere coepimus — in lucem haec editio prodit, et cum ne tertium quidem uolumen, quo *προλεγόμενα* quae uocant includere in animo habemus, tam celeriter quam ipsi optemus perfectum iri praeuideamus, longiorem addidimus praefactionem. ac primum quidem beniuolis lectoribus et nostratibus et exteris, qui tam indulgenter ac benigne uolumen primum exceperunt, gratias maximas agentes, ut et hoc alterum, in quod plus etiam temporis et operae insumpsimus, id quod ex multo maiore codicum numero in hoc secundo uolumine in examen uocatorum et conlatorum apparet, acum plausum ferat rogamus.

Proximum est ut de codicibus nostris disputemus, quot in primi uoluminis praefatione non enumerati sunt. etenim accesserunt tres quattuorue primarii codices primi optimique generis:

1) *a* = unus ex uetustissimis Horatianis codicibus exeunte codex *a* saeculo nono uel ineunte decimo partim in membrana rescripta exaratus olim Auenionensis nunc Ambrosianus Mediolani adseruatus et signo O 136 instructus, quem ex eodem exemplo, quo Parisinum 7900^a iam in primo uolumine receptum, in codex *A* sermonibus et in maiore parte epistularum et in arte poetica deficientem, et ipsum partim rescriptum ineunteque decimo saeculo exaratum, fluxisse manifestum est. hunc codicem Mediolani ipsi contulimus; de non nullis locis dubiis Cerianius u. cl. bybliothecae Ambrosianae praefectus rogantis nos officiosissime per litteras certiores fecit. quibus locis duo codices *A* et *a* inter se consentiunt, quod quidem fere conuenit ubicumque *A* extat,

liber arche-
typus *A'* ambo codices siue potius archetypum signo *A'* denotauimus. quem si septimo post Christum n. saeculo adscripserimus haud sane nimis anticum aestimabimus.

codex *D* 2) *D* = codex Argentoratensis nota C VII 7 insignitus codex propter lectiones optimus, saeculo ineunte decimo ni fallimur oriundus, cuius grauissimas lectiones ad carmina pertinentis in primi uoluminis appendice supplementi loco exhibuimus. F. W. Bergmanni u. cl. beniuolentia adiuti domi eum ipsi contulimus. cum codicibus τ (id quod ex uolumine I cognoscere licet) et r proxime cognatus est, ita tamen, ut cum r minus arte sit cognatus; cumque *D* — carmina si exceperis — nisi in sermonibus et paucissimis epistularum locis plane non extet, in arte poetica autem plane deficiat, τ contra in sermonibus et epistulis prorsus deficiat et in sola arte poetica extet, liber archetypus *D'* construi uix poterat.

liber arche-
typus *D'*
codex *E* 3) *E* pars altera codicis ex duobus diuersis quondam libris manu scriptis compositi, saeculi XI, oriundi ex coenobio sancti Emmerammi Ratisbonensi, nunc Monacensis, signati Lat. 14685. quem codicem eadem ratione qua quondam Porphyriem Monacensem nanti (cf. uol. I praef. p. XIII) domi contulimus. cum hoc libro, cuius lectiones ad modum memorabiles sunt, ad uerbum fere consentit fragmentum (*e*) in bybliothea publica Stutgardiensis adseruatum nil nisi saturae primae uersus sextum ad 117mum complectens saeculi undecimi duodecimae. signatum est autem nota mss. poet. et phil. 53 (47). Stutgardiae id ipsi contulimus. quibus locis codices inter se consentiunt signo *E'* comprehendimus. quod siquis hunc librum archetypum saeculo octauo nonoue et Germaniae meridionali adscripserit, uix falletur.

fragmen-
tum *e*
liber arche-
typus *E'*
codex *B* Nec ad alterum codicum genus cuius primarius testis est Bernensis uetustissimus saeculi VIII—VIII (*B*) olim Floriacensis, quem in uolumine II Hermannus Vsenerus Hermannus Hagenius E. Kurtzius in usum nostrum liberalissime contulerunt, defuit nouom subsidium, quod domi conferre licuit. Monacensis enim quem modo laudauimus 14685 duabus partibus prorsus inter se diuersis manibus scriptis constat: illa pars quae signo *E* a nobis notata est, primo ordini adhaeret et cum codicibus *ADy* cognationis quodam uinculo coniuncta est; altera autem quam *C* nuncupauimus mirum quantum cum

codice *B* consentit ita, ut nullo paene negotio utriusque codicis liber archetypus construi et *B'* nota describi potuerit, nisi uariis mendis quae librarii codicum *B* et *C* pro se quisque fecerunt, hoc propositum ut ab usu alienum improbatum esset. nisi nos omnia fallunt, liber archetypus *B'* qui in artis poeticae uersu 440 defecit, litteris uncialibus in modum noti illius Salmasiani codicis scriptus erat. *

Ad tertii generis codices principes duo satis uetusti accesserunt hi: 1) conexus cum Parisino λ eiusdem aetatis (ineuntis saeculi \overline{X}) et oriundus e coenobio Bellouacensi Leidensis codex *l* = Lat. bibl. publ. nr. 28, quem coniuncta Pluygersi et Du Rieui benignitate adiuti, dum in Batauis degimus, domi conferre licuit. hic codex praeter λ uetustissimus eorum, qui Mauorti subscriptionem habent, omnino adeo cum λ consentit, ut longe plurimis locis duo codices uno signo λ' comprehendi potuerint. qui liber λ' et ipse Francogallicus octauo fere saeculo tribuendus esse uideatur, cum et λ et *l* ineunte decimo saeculo exarati sint. 2) praeterea accepimus librum archetypum ad modum anticum ex concordantibus lectionibus codicum δ et *d*. δ = codex Harleianus 2725 olim ex libris Ioannis Georgii Graeui professoris Vltraiectani, saeculi \overline{VIII} — \overline{X} ; *d* = codex Harleianus 2688 saeculi \overline{VIII} — \overline{X} . utrumque ipsi in museo Britannico Londinii contulimus ita, ut iam non, quod quidem in uolumine primo fecimus, niti opus esset conlatione illa Broukhusiana (cf. praef. uol. I p. XI), quae minus accurata erat quam desiderabamus. hac autem occasione reuocandum est quod in illa praefatione dictum erat, Broukhusii conlationem non esse eius codicis quem Graeuianum in Horatio a se edito Bentleius nuncupet. immo uero et Bentlei de Graeuiano et Broukhusii de codice ab ipso non nominato narrationes ex uno eodemque fonte deriuantur, idest ex nostro codice δ in bybliotheca Londiniensi quam maxima diligentia a nobismet conlato. dubitari sane poterat num eundem Broukhusius et Bentleius codicem enarrantes dicerent; qui cum more sui temporis non ea adhibita diligentia quae nunc nec immerito requiritur codices examinerent, accidit ut modo Bentlei modo Broukhusii culpa non nullis locis minime inter se consentirent. cum codice ut supra diximus alius eiusdem bybliothecae codex ad uerbum consentit. uideatur ex saeculo \overline{VIII} extremo originem trahere. quod sane

liber archetypus δ'

uehementer dolemus, uterque codex adeo mancus est, ut δ' codex apud Mediomatricos ni fallimur saeculo VII exaratus exceptis lyricis nisi initio sermonum et in epistularum parte restitui non possit. commemorandum est etiam unum ex pretiosissimis huius generis codicibus, qui in uol. I paruo tantum fragmento continebatur, a medio sermonum libro altero usque ad extremam autem poeticam, si lacunas aliquot exceperis, non deesse: dicimus ε = codicem Einsidlensem (nr. 361), quem a reuerendo patre Gallo Morelio ut domi conferre possemus rogatu nostro accepimus. praeterea qua est humanitate uir cl. gratissimum nobis fecit quod, dum plagulae typis exscribuntur, interrogatus a nobis compluris locos dubios reuidit.

codex ε

Ipsa, eremitarum in coenobio in Heluetiis nobis quondam commorantibus, ut locos quosdam, de quibus dubitabamus, iterum inspiceremus, narrauit sese uere anni h. s. XXXX in sancti Geroldi monasteriolo Tyrolensium sub monte Arula sito multos libros tegumentis membrancis inscriptis inductos repperisse, omnibusque diligenter resolutis cum alios codices tum Horatianum ε contexuisse. qui codex cum δ' et ν optimi tertiae classis libri uidentur esse.

Cum igitur additis pluribus haud spernendis codicibus (*DE'C*) primariorum codicum ubique quasi in aciem eductorum ac suo quorumque loco communi signo Ω comprehensorum numerus adeo auctus esset, ut spati parsimoniae seruiendum esset, π et τ in eorum codicum ordinem redigendos censuimus, qui communi signo ζ'' (uel ζ' uel ζ) notati non omnibus sed grauioribus tantum locis, at nimis potius quam parum saepe proferebantur. codices *G* = Gemblacensis collegii uetustum (= Pulmanni *G*) et *V* = codicem Blandinium uetustissimum, quia parum accurate conlati sunt et licet omnem operam et studium ad inuestiganda exemplaria contulissemus, reperiri non potuerunt, nec Ω neque ζ numero inserere ausi sumus. *V* codicis quidem lectiones, quod a quibusdam multum ponderis eis adfertur, suis quasque locis indicauius seruata nota *V* quae in primo uolumine adhibita erat. Gemblacensis uero notam *G*, qua in primo uolumine usi eramus, in secundo consulto omisimus et lectiones attulimus rarissimas. neque quos in primo uolumine nota ζ comprehendimus codices (uide uol. I pag. 232: $\alpha\beta\delta\theta$ $\mu\varrho\sigma\eta\kappa\nu\psi$ [*qr* Argentorat. II]), eos omnis in uolumine II signo

codices *G* et *V*
codex *G*

codex Gemblacensis uetustus

codices $\alpha\beta\delta$
 $\theta\mu\varrho\sigma\eta\kappa\nu\psi$
sv (*qr* Argentorat. II)

ξ complexi sumus. codicem δ , cuius accuratissima iam non deerat conlatio, in societatem codicum Ω receptum esse supra narrauimus, id quod iam in uolumine primo factum esset, nisi tum temporis intra Broukhusianae conlationis terminos coerciti fuissimus. θ ρ et Argentoratensis II (C VI 19 saeculi XI) in sermonibus epistulis arte poetica plane desunt. k ut qui praeter carmina et epodon partem nil nisi serm. II 6, 114—7, 118 et particulam artis poeticae contineat, neglectus est. *aphnpsq* ut inferioris aetatis codices exclusi uel in numerum codicum y relegati sunt. supererant igitur codices $\beta\sigma\rho\nu$ ad quos accesserunt $\pi\tau$ (cum *adcl*). eorum omnium codicum quam diligentissimas comparauimus conlationes. β = codex Bernensis 21 olim Bongarsianus saeculi \bar{X} ut uidetur ineuntis potius quam exeuntis, ut codices *B ψ* monasterio Floriacensi oriundus, in usum uoluminis II ab E. Kurtzio artis grammaticae candidato Bernae conlatus; non nullos locos Hermannus Hagenius ibidem officiosissime iterum examinauit. qua benignitate adiuti tam bonam codicis conlationem accepimus, ut ex codicibus β et Franekerano, quem per SOPHIAM augustam Batauorum reginam intercedentibus Adelberto de Keller et W. de Weckherlin reginae ab epistulis nobis ipsis in Batauis conferre licebat, utriusque codicis liber archetypus β' erui posset. Franekeranus nunc Leeuwardensis olim Genauensis saeculo \bar{XI} uel \bar{XII} exaratus est*); β' originalis liber saeculo \bar{VIII} adsignandus uidetur. ubicumque hic archetypus constitui poterat, semper cum in ordinem codicum ξ' recepimus, quibus autem locis codices inter se discedebant, singulos non codicibus ξ , sed eis libris adnumerandos esse duximus, quos nota y^{**}) comprehensos rarius solebamus proferre. nec aliter codices π et Lipsiensem memorauimus. permultis enim locis hi duo codices inter se consentiunt ita, ut has consonantis lectiones una nota π' comprehenderimus et, quotienscumque codices ξ commemorandi erant, laudauerimus. π = codex Parisinus 10310 saeculi \bar{X} — \bar{XI} , Lips. = codex Lipsiensis rep. I. 4. 38 (XLI apud Naumannum) saeculi \bar{X} , quorum illum quidem ipsi Lutetiae descri-

codices $\theta\rho$
 Argentorat. II
 codex k

codices *aphnpsq*
 codices $\beta\sigma\rho\nu$
rv
πτadcl
 codex β

codex Franekeranus

liber archetypus β'

codices π
 et Lips.

*) aliquot locos Eelco Verwijs doctor doctissimus rogatu nostro benignissime reuidit.

***) de hac nota uide quem infra addidimus indicem compendiorum.

psimus, hunc intercedente B. G. Teubnero bybliopola honestissimo, cui etiam huiusce editionis elegantissime exornatae causa magna gratia habenda est, summo otio domi conferre nobis licuit. quo facto archetypum librum π' restituere conabamur saeculo VIII (uel VII^{II}) ni fallimur exaratum nec sane indignum, qui, ubicumque codices ξ adhibentur, soleret laudari. nota ξ igitur singuli codices $\beta\pi$ Franekeranus Lipsiensis numquam comprehensi sunt, sed signum ξ'' denotat, archetypos libros β' et π' lectionis de qua quibusque locis agitur socios esse, et nota ξ' significat, aut β' aut π' (quorum uter denotetur, ubique ex contextu apparet) eandem exhibere lectionem. nec raro singulos codices, qui neque ξ' neque ξ signo continentur, siue β siue π , siue Fran. siue Lips., codicibus ξ , sed uocula 'et' ab his separatos adiecimus.

Quos constanter formula ξ significauimus codices sunt hi: *codices v σ gr* $v\sigma rgr$, ad quos in epistulis et in arte poetica v accedit, quem *codex v* ut minoris preti codicem in sermonibus spreuimus. v = codex Nienburgensis nunc Dessauensis A saeculi X ineuntis, quem ea ipsa de causa, quod non solum Germanicorum, sed omnino omnium Horatianorum codicum inter uetustissimos est, praetermittere nolimus. nec minoris pretii ea de causa erat, quod si non optimus, at inter optimos Acronis ad sermones et ad artem poeticam est. immo uero etiam lemmata quae dicunt ad sermones et artem poeticam (quae signo Ac. notauimus) ex nulla alia membrana nisi ex eodem v haurire potuimus. quo bono codice ut per otium uti possemus, uiri benignissimi, quorum sub cura imperioque ludi litterarum Wirtembergici sunt, fide sua apud Anhaltinos interposita impetrauerunt.

Quod ad lectiones pertinet codex v satis solitarius est: nec *codex σ* minus codex σ = Sangallensis oppidanus 312 (B I 11) iam in uolumine primo adhibitus. cuius proxime affinem Petropolitenum inuenimus, ex quo una cum altero liber originalis σ' construi poterat, nisi de quo infra agemus Petropolitani permulta menda atque inferior aetas id nobis dissuasissent. cum Petropolitenum olim Sangermanensem fuisse satis constet neque Sangallensem fano sancti Galli oriundum esse a Wartmanno bybliothecario certiores facti simus, σ quoque uel etiam σ' ex Gallia procul dubio originem duxit. in usum uoluminis II codicis σ optimam conlationem Eduardi Woelfflini Vitodurani comi-

liber archetypus π'

nota ξ quid uelit

nota ξ''

nota ξ'

codices *v σ gr*

codex v

codex v

codex σ

codex Petropolitano liber archetypus σ'

tati debemus, cui de beneficiis suis erga nos plurimis gratias hoc loco agimus maximas. ab hoc uiro clarissimo non modo σ codicis, uerum etiam τ = codicis Turicensis Carolini 6 saeculi codex τ
 \overline{X} conlationem diligentissime confectam uel retractationem nostrae quondam conlationis raptim ac noctu conscriptae accepimus, unde ad fasciculum uoluminis secundi alterum eo maior utilitas redundauit, quod ibi codex *D* libro τ affinis totus ferme defecit.

g = codicem Gothanum chart. B 61 non ante a. $\overline{\text{DCCCCXLXVI}}$ codex *g*
scriptum nota quae dicitur aquaria efficitur. quem magni momenti librum pertinentem ad genus secundum (*BC[V]*) ceteroqui haud multis testibus comprobatum, qui praeterea Mauortianam subscriptionem exhibet, intercedente patre alterius nostrum nantis per multum temporis domi conferre nobis licebat.

codicem *r* = Parisinum 9345 saeculi \overline{XI} conlatum a nobis, codex *r*
recognitum a Iosepho Kleinio et Augusto Behaghelio uiris humanissimis, ubicumque ξ codices laudantur, in hoc secundo uolumine adhibuimus propter necessitudinem quae ei cum *D* et π' (π Lips.) intercedit. compensat quidem nobis codicem *D* in fasciculo 2 paene deficientem, nec minus in eodem fasciculo *v* = Parisinum 8213 saeculi \overline{XIII} in numerum ξ codicum codex *v*
recepimus, quod *u* in epistulis prorsus deficientem aliquantum compensat. et *r* et *v* ipsi contulimus.

Praeter illos codices $\Omega\xi$ uel $\Omega'''g''$ permagnum numerum codicum uel ipsi contulimus uel ab aliis conlatos accepimus, ut

Petropolitanum codici σ proxime affinem, teste Ed. de Muraltto apud Orellium Baiterumque \overline{X} , re uera \overline{XIII} saeculi. codex Petropolitanius
quod si decimi saeculi fuisset, propter affinitatem cum σ maximi certe fuisset pretii. tempore Gallici regni conuersi ex fano sancti Germani ad Sequanam cum alia praeda Petropolin perlati est, ubi Augustus Nauckius academiae sodalis epistularum et artis poeticae conlationem confecit diligentissimam confectamque dono nobis dedit. quod eximium erga nos beneficium gratis animis hac occasione contestamur.

Duorum aliorum librorum (Bambergensis et Barcinonensis) a nobismet domi accuratissime conlatorum, cum longe plurimis locis inter se consentirent, librum archetypum indagare poteramus indagatumque nota α' iam signaueramus: attamen codicibus ξ eum inserere propterea ab utilitate alienum uisum est, codices Bambergensis et Barcinonensis
liber archetypus α'

quod codex α in rebus orthographicis parum tractabilis erat, quippe qui modo m modo n signo \sim denotet, ita ut, quotienscumque litterarum n uel m exemplis occurrentibus codex α (Barcinonensis) compendium exhiberet, expressis id uerbis adnotandum esset. cum praeterea utroque codice sine ullo damno carere possimus et Barcinonensis codicis Ritterus satis certam conlationem publici iuris fecerit, in uolumine tertio suo loco, ubi de cognatis utriusque codicis libris disseremus, memorabiliores archetypi libri α' lectiones una cum indice eorum locorum, quibus Ritteriana illa codicis α conlatio mendosa est, suppleuisse satis habebimus. hic autem codex in uolumine I nota α , in uolumine II nunquam ea littera, sed Barcinonensis nomine ubique signatus ineunte saeculo $\overline{\text{XI}}$ in Hispania exaratus esse putandus est, nunc in bybliothea uniuersitatis Halensis extat. liberalitate equitis de Mühler u. cl. Borussorum rei litterariae et scholasticae praefecti et humanitate Theodori Bergkii et Godofredi Bernhardyi factum est, ut liber per duo ferme mensis domi nostrae remaneret, ita ut etiam scholia quae ille continet excerpere et quaecumque commoda uiderentur in usum huius uoluminis conuertere possemus. ex eodem fonte manauit codex Bambergensis nr. K 2. (M IV 7.) exeunte saeculo $\overline{\text{X}}$ ni fallimur in Germania exaratus. olim fuisse dicitur in 'sacramentario Ratoldi Corb. nr. 587', nunc in bybliothea cath. capituli Bambergensis extat. Hunc librum cuius scholia quoque cum Barcinonensi prorsus consentiunt per longum tempus domi conferre licebat, cum conlegium inlustrissimum eorum qui regi Wirtembergico sunt a rebus scholasticis sponsione se nobis obstrinxisset. uerum enim uero hic liber minime integer est, sed ad modum lacer.

Argentoratensem III = bybliothecae seminarii euangelici Argentoratensis A IV 195 olim Io. Iac. Gamsii saec. $\overline{\text{XII}}$ — $\overline{\text{XIII}}$, continentem artem poeticam sermones epistulas Karolus Langius uir de Vegetio maxime omnium meritis qua est ingenua erga nos amicitia in sermonibus descripsit.

Basil. I = bybliothecae publicae Basiliensis F IV 26 saeculi $\overline{\text{XIII}}$ ex v descriptum Friderici Hagenbachi nostri solita comitate et eximia Francisci Dorothei Gerlachi liberalitate domum acceptum contulimus ipsi, licuitque complu-

codex Barcinonensis (α)

codex Bambergensis

codex Argentoratensis III

codex Basil. I

ribus locis, ubi *v* uel *vt* parum liquet, ueram codicis huius lectionem eruere ex Basiliensi.

Berolinensis 269 saeculi XIII epistulas artem poeticam sermones continens post Theodorum Apitzium iterum a Karolo Diltheio nostro diligentissime in sermonibus conlatus est. codex Berolinensis 269

Bruxellis in bybliothecca publica Burgundica transcripsimus duo codices, quorum alter erat signatus numeris 10063 et 10064 saeculi XIII continens carmina epodos artem poeticam sermones epistulas, olim collegii societatis Iesu Louaniensis, alter isque maioris pretii signatus numeris 9776 (= carmina), 9777 (= sermones), 9778 (= ars poetica), 9778 bis (= epistulae), saeculi XI cum subscriptione Mauortiana. codex Bruxellensis 10063-10064
codex Bruxellensis 9776-9778

Burneianus 179 olim Askewianus nunc musei Britannici plut. CLXII F, saeculi XIII exeuntis, continens carmina carmen saec. epodos art. poet. sermones epistulas, in sermonibus conlatus a nobis. codex Burneianus 179

Gronouianus = Leidensis Gronouii F. 15 saeculi XII—XIII. contulimus ipsi. codex Gronouianus

codices Harleiani 2724 in museo Britannico plut. LI B. saeculi XII med., 3534 in museo Britannico plut. LXIII G. saeculi XII exeuntis, 3754. 4862. contulimus ipsi. codices Harleiani 2724.
3534
3754. 4862

Mellic. = codex saeculi XI e Francogallia (per Gersonum?) in bybliotheccam Benedictinorum Mellicensium quondam transportatus. huius codicis ad familiam *A'Ey* pertinentis Wilhelmus Hartelius Vindobonensis clarus Cypriani editor, cum per humanissimum doctissimumque abbatem Mellicensem librum in urbem licuisset transferri, conlationem fecit quam maxime accuratam nobisque amoris causa dono dedit. quo libro cum ad eruendam archetypi primae classis formam interdum non possimus carere, permultis locis inter codices *y* eius lectiones attulimus nec paucas postea in uolumine III, ubi de archetypo classis I agetur, trademus. in margine cuiusdam folii haec repperimus uerba: 'Iste liber redintegrat' est ab odélrico. cui' et erat'. codex Mellicensis

Montepessulanus bybliothecae scholae medicae nr. 425 olim Pithoeanus, ex libris collegii oratorii Trecensis, a nobismet conlatus et quibusdam locis dubiis a Karolo Diltheio amicissimo iterum inspectus, saeculi XII. hic codex mirum in modum permultas lectiones exhibet singularis nec paucas res orthographicas codex Montepessulanus = μ

memoriae prodidit quae haud spernenda uideantur. ceterum cf. uol. I praefat. p. XI.

codex Nostradam. = *n* de Nostradamensi = *n* uol. I (nr. 184 saec. XI), Pulmanni *B*, item cf. ibidem p. XII.

codex Paris. 7976 = *h* item de Parisinis 7976 = *h*

codex Paris. 8216 = *q* - - - 8216 = *q*

codex Parisin. 10403 = *k* - - - 10403 = *k* cf. eandem illam praefationem.

codex Parisin. 7977 Parisinus 7977 = Bentlei Colbertinus, olim magistri Nicolai de Clamengiis, saeculi XIII—XIII, hic illic a nobis inspectus.

codex Parisin. 8219 Parisinum 8219 saeculi XIII—XIII olim L. de Targny, deficientem a serm. I 9, 18 — II 8, 95 et in epistulis et a. p., contulimus ipsi.

codex Parisinus 10401 Parisinum 10401 = fragmentum continens serm. I 9, 47 — II 3, 317, saec. XIII, contulimus ipsi.

codex Reginensis Reginensis = olim Ioannis Luidi, nunc collegii Reginensis Oxoniensis; Maximiliani Mülleri doctissimi humanissimique illius nostratis opera factum est ut in camera Radcliuiana a nobis posset describi. uix quemquam fugiet, hunc quoque librum iam a Bentleio saepissime memoratum in eorum numero esse ubi subscriptio inueniatur Mauortiana.

codex Regius Regius = Regius Bentlei, codex bybliothecae regiae sancti Iacobi nr. 15 B. VII. P. 240 nunc musei Britannici saec. XIII; Mediomatricis eum quondam fuisse apparet ex hac adnotatione: 'Librū istū emi Methis a Mg̃ō Iacobo Alamano'. continet artem poeticam sermones epistulas. sermones contulimus ipsi.

codex Sorbonensis = *s* de Sorbonensi 1578 = *s* uol. primi uide praefat. uol. I p. XII.

codex Taurinensis Taurinensis nr. I. VI 2 siue K. I 7 subscriptione Mauortiana insignis minorem tantum partem saeculo XI, ceterum et recentiore aeuo conscriptus et parui pretii: ea parte quae XI saeculo orta est continentur epodoe et ars poetica et sermonum initium. contulimus codicem Augustae Taurinorum et Gorresi praefecti bybliothecae et Peyroni bybliothecharii liberalitate eximia adiuti.

codices Valentiani 390 Valentianus siue Valentianus I = nr. 390 fano sancti Amandi oriundus, saec. XI, a nobismet conlatus. huius codicis in rebus orthographicis non nusquam memorandi nil nisi apographum est

Valentianus II = nr. 391 saeculi XIII.

391

Vindobonensis signatus nr. CCCLIX saeculi XII parui momenti codex. continet epistularum librum secundum; in nostrum usum transcripsit Wilhelmus Hartelius uniuersitatis Vindobonensis professor.

codex
Vossianus

Vossianus noster = Vossianus Bentlei, bybliothecae Leidensis nr. 21, olim Isaaci Vossii, conlatus a nobis. hunc librum saeculi XII, olim sancti Symphoriani Mediomatricensis, ple-
risque congruis lectionibus ex δ' fluxisse haud dubie efficitur: ceterum ex duabus partibus inter se diuersis conglutinatus est.

Zulichemianus noster = Zulichemianus Bentlei, bybliothecae Leidensis nr. 127 A ex bybliothecca Hulsiana = Cruquii codex Diuaei siue Carrionis, saeculi XII, conlatus a nobis.

codex Zu-
lichemianus

Iam uero paucis recenseamus florilegia, scholia aliosque commentarios antiquos, quos in apparatu huiusce uoluminis adhibuimus. usi igitur sumus:

florilegia

florilegio Parisino 8069 saeculi XI, olim Iacobi Augusti Thuani.

Parisinum
8069

florilegio Parisino 8818^a, olim Baluziano, saeculi XV.

Parisinum
8818

quae ambo contulimus ipsi; tertium florilegium amplissimum, Nostradamense 188 saeculi XIII magna diligentia transcripserunt nobis Henricus Michelantius bybliothecharius Caesarianus et Henricus Nolteus amicissimus, quorum hic non ea tantum opera, sed etiam, quod omnis paene codices nostros Parisinos multis locis dubiis relegit itaque conlationes nostras emendauit, mirifice de Horatio nostro est meritis. idem in Belgis Blandinios Gemblacensemque summopere inuestigauit, sed frustra.

Nostrada-
mense 188

florilegium Cusanum C 14 saeculi XII editum est a Ios. Kleinio in libro quem inscripsit: 'über eine Handschrift des Nicolaus von Cues,' Berol. 1866 non nullos locos Horatianos exhibet, partim ex lemmatis Porphyriani partim ex ipso textu Horatiano citatos.

Cusanum

florilegium Basiliense F IV 38 edidit Willh. Wacker-nagelius in Hauptii antiquit. Germanic. anal. VIII p. 162 — 174.

florilegium
Basiliense

nec magis uulgata illa florilegia Vincenti Bellouacensis et Hildeberti in testimoniis colligendis praeteruimus: quamquam ad modum uilia sunt ac mendis referta.

Vincentius
Bello-
uacensis
Hildebertus

Seruius

de testimoniis ex Seruio Vergili commentatore sumptis ad hoc uolumen non minus ualet illud, quod in primi uoluminis praefatione dicturi eramus, grauioris quidem momenti locis Thilonem a nobis consultum absque eo, qua solet liberalitate, responsum esse. praeterea nobis uti licuit Hermanni Hageni noua bonaque scholiorum Bernensium, quot ad bucolica atque georgica pertinent, editione [Lips. 1867 in supplementis annuum philologicorum IIII p. 669—1008].

Omnino quaecumque libros usque ad XIII saeculi initium scriptos perscrutando inuestigauimus testimonia Horatiana, ea excerptimus typisque mandauimus. illud quoque hic gratis animis commemorare nos decet, quod Iosepho Kleinio nostro aliquot testimonia ex Isidori codicibus Parisinis petita debemus et Heinrico Keilio, nostrorum operum fautori clarissimo, de non nullis locis, qui apud grammaticos tunc nondum editos laudati erant, certiores facti sumus.

SCHOLIA

Multo pluris uero ea subsidia aestimanda sunt, quae ex scholiis tractatibusque Horatianis petuntur. quam ob rem has collationes aut fecimus aut comparauimus:

1) ad restituendum Porphyronem, quem aetate superiorem

codex Pph.
Porph. Pseudoacrone esse demonstraui in philologorum Bonnensium symbolis p. 489—501, non Monacensem solum codicem saeculi VIII—X signatum nr. Lat. 181 (cf. uol. I praef. p. XIII) contulimus recognouimusque ipsi, uerum etiam Wolfenbottelanus codicem saeculi XIII signatum nr. Lat. 85 Gudianum: quem librum suffragante Christophoro Doellio u. cl. commodissime nobis miserat Bartelsius bybliothecae ducalis secretarius humanissimus idemque litteratissimus. ex his duobus libris manuscriptis construximus archetypi amborum lectiones significauimusque *Porph.*' et *Pph.*'; *Porph.*' = interpretationes Monacensis et Wolfenbottelani inter se congruentes; *Pph.*' = lemmata Monacensis et Wolfenbottelani inter se congruentia. ubicumque uero Monacensis et Wolfenbottelanus inter se discrepant, ibi Monacensis interpretationes significauimus *Porph.*, lemmata *Pph.*, Wolfenbottelani interpretationes *Porf.*, lemmata *Pf.*

2) ea scholia, quae uolgo Acronis siue Pseudoacronis feruntur, diuisimus in haec tria genera:

codex Ac.
Acr. *Ac. Acr.* = scholia marginalia siue interpretationes codicis

liber archetypus Pph.
Porph.'

v, eiusdem generis quas ad uol. I praebuerat codex *A*, cum lemmatis; *Ac.* = lemmata, *Acr.* = interpretationes. haec scholia nisi in sermonibus et arte poetica, exceptis eis locis ubi forte deficit *v*, certo erui non poterant, quod sane dolendum est, quia in Aeronianorum quae dicuntur numero et maximae aetatis et maximi preti sunt.

Reliqua scholia marginalia comprehendimus titulo *schol. I*, cum non solitaria in singulis tantum reperirentur codicibus, sed compluribus libris, cum aliis tum *γ*, congruenter continerentur. haec scholia, in epistulis potissimum, ubi deficit *Acr.*, haud spernenda non sine multo labore excerptimus e codicibus *γEr* Bambergensi Barcinonensi (*α'*) Franckerano, partim etiam ex Einsidlensi aliisque.

gloss. I significauimus ea scholia interlinearia quae non tantum in codice *γ*, sed etiam in aliis ut in *Ea* Bambergensi Barcinonensi (*α'*) extant et e communi uetustoque fonte quondam fluxisse putanda sunt.

tractatum Vindobonensem de arte poetica, signatum nr. CXLV, saeculi \bar{X} , Hartelius amicissimus, quamuis magna opera fuerit inpendenda, tamen rogantibus nobis describere et accuratissime reuidere non recusauit. est autem paraphrasis quam dicunt illorum scholiorum, quae *Acr.* notauimus.

denique compluribus locis sermonum scholia interlinearia sine *gloss.* codicum *DFδ'*, quae item ut *gloss. I* ex uno communi quasi riuo, quamquam parum bono, manasse manifestum est.

Codices igitur, qui famosam illam Vettii Agorii Mauortii subscriptionem epodon libro subiectam exhibent, hi sunt septem: *λ'(λ)g* Bruxellensis 9776 Parisinus *q* = 8216 Reginensis Taurinensis. id uero nemo certe infitias ibit, unum quemque nostrarum familiarum codicem archetypum multo antiquiorem ducendum esse Mauortio, quem anno $\overline{\text{DXXVII}}$ p. Chr. consulem fuisse scimus. itaque non audiendi sunt ii, qui Horatium ita edi censeant oportere, ut Mauortiana potissimum stemus recensio. immo nec usquam Mauorti singularis lectiones uel emendationes, qualem habes epist. I 1, 69 'optat' pro 'aptat', aliis propterea, quod a Mauortio originem trahant, anteponendas esse censuimus nec Mauortianam recensionem studuimus euincere, sed eam restituere maluimus recensionem, quam antiquissimus archetypus

trium illorum quos modo diximus singularum familiarum olim exhibuisse uideatur.

recensio
nostra

Ergo, quod recipiendarum siue receptarum lectionum rationem attinet, princeps nostra sententia sicut in uol. I etiam in hoc libro ea fuit, ut primae classis lectiones fere putarem optimas easdemque plerisque locis sequeremur: sunt autem ii codices $A'(Aa)DE'(Ee)\gamma$ et in subsidiis Mellicensis Parisinus $p = 8214 \tau r$. ubicumque uero utraque alia classis, et secunda et tertia, in lectione a prima classe diuersa congruebant, ibi hanc lectionem illi singulari praeponebant in primae classis archetypo mendum fuisse suspicantes. itaque in artis poeticae u. 360 non primae classis lectionem 'opere in longo', sed alteram 'operi longo' cum omnibus ferme editoribus in textum recepimus, primariae uidelicet classis istam lectionem nil esse rati nisi grammatici cuiusdam emendationem prorsus damnandam. eius modi autem emendationes grammaticae, quae plerumque perfacile possint dispici, hic illic reperiuntur in optimis primae classis codicibus. nec quisquam sane crimini nobis tribuet, quod non, in huius classis uerba iurare addicti, temere etiam per uiam errores eius signa secuti sumus, sed maluimus omni id genus casu grammaticis primae classis correcturis antepone 'lectionem difficiliorem' ceteris duabus classibus congruenter suppeditatam.

Tertiae classis idest librorum $F(\varphi\psi)\lambda'(\lambda\lambda)\delta'(\delta d)\epsilon u v \beta'(\beta Fran.) \pi'(\pi Lips.)$ lectiones singulares originem duxisse uideantur e communi recensione antiquitus quidem, sed deteriorum codicum ope facta. itaque ut taceamus de multis locis quibus haec ipsa familia, quae antiquissima utique originis est, lectiones orthographicam si respexeris bonas exhibet, proprium idemque uerum quicquam uix his terue reperies.

Vt autem tertiae familiae lectiones omnis promiscue defendere et tamquam ab ipso poeta profectas commendare nemini in mentem ueniet, ita magis econtra in aestimanda classe secunda, quae continetur codicibus $BC(g) - V -$ et ex parte etiam codicibus $(A')E'\lambda$, in discrimen uocatur, quippe quorum cum alii, tum V et g multos lectionum suarum et laudatores et defensores inuenerint acerrimos. quin extiterunt grammatici qui, nisi codicibus g et V optemperaretur, probe ac sincere

Horatium edi posse negarent eaque lege textum construerent. atqui tam incerto et ex parte tantum perfecte codicis *V* lectiones traditae nobis sunt, ut tuto inniti iis nullo pacto possimus (cf. quae alter nostrum de Cruquii suspecta fide mus. Rhen. n. s. XVIII p. 281—283. disputavit et Karolo Zangemeistero rescripsit XVIII p. 634—637.); *g* uero adeo infimae aetatis est, ut, siquis, id quod nuperrime accidit, codices quales sunt *A' D' E' Fl' δ'* septenis octonisue saeculis antiquiores temere seponat et ex meris codicis *g* mendis audacissimas repetat coniecturas, multam ea res habeat dubitationem. *g* igitur posterioris aetatis et multis tertiae familiae lectionibus corruptus est, *V* ni fallimur (cf. quae de uar. lect. d'est Cruquius attulit *) non ad modum anticus, certe non satis certo a Cruquio nobis traditus idemque tertii generis lectionibus quamuis minus quam *g* contaminatus est. *B* et *C* manciissimi sunt, ut qui e. g. in epistulis prorsus deficient. attamen secundae familiae lectiones paene ab initio usque ad finem componere licet. sed qui altius rem inquiret, quod in primi uoluminis praefatione uernacule conscripta (uid. mus. Rhen. XVIII 211—227) huius classis fontem esse recensionem ope unius ni fallimur boni libri ab audace quidem nec uero inprudenti emendatore confectam diximus, id de sermonibus quoque epistulis arte poetica uere dictum esse inueniet. hunc autem emendatorem (cf. Acr. in apparatu nostro critico ad art. poet. 345) unum solum librum ante oculos habuisse inde conclusimus, quod uar. lect. serm. I 6, 126 campum lusumque trigonem uix aliter intellegi potest, quam ex ea ipsa ratione, quod in uno quem manibus tractauit libro uera uerba legi non poterant, qua de re cf. uersus Iuuenalis s. 7, 226 sq.: 'quot stabant pueri, cum totus decolor esset Flaccus et haereret nigro fuligo Maroni,' nec inmerito, quod compluribus ueterum scriptorum codicibus accidisse constat, marginem exemplaris non integrum fuisse suspiceris. ita uarias lectiones in primis et extremis uerbis occurrentis facillime explicaueris ut: Dulcis — Iugis epist. I 15, 16. Praesectum — Perfectum art. poet. 294. opimis — honestis epist. II 2, 32. nec hic quidem famosus

*) ad epist. I 12, 24 pag. 556 ed. 1578: 'uerbū, deest, quod in antiquiss. cod. Blan. syncopatum legitur, d'est, cum apostropho supra d litteram.'

ille trigo praetereundus est. nec facere possumus quin epist. II. 1, 167 uar. lect. 'in scriptis' interpretemur inde, quod primariae lectionis 'inscite' nil nisi dimidia pars ab emendatore illo potuerit legi. at duobus certe artis poeticae locis rectissimas haec classis exhibet lectiones: u. 237 'et audax' pro altera lectione 'an audax' et u. 371 'nec scit' pro 'nescit'; unde fit, ut quaestionem non effugiamus, utrum emendationes habeamus, an ueras boni libri archetypi lectiones. sed felicis cuiusdam grammatici emendationes esse posse facile concedes, nisi ad coniciendas uoces 'nec scit' ex 'nescit' singulari emendandi arte opus esse contenderis. ceterum hanc quidem quaestionem mox ita solutum iri speramus, ut res plane liqueat. tris igitur illas codicum Horatianorum classes inter se diuersas hoc modo natas esse putandum est, ut ex uno eoque bono fonte fluxerint genus I et II, illa prima autem scribarum mendis et grammaticorum coniecturis facillime perspicuis laboret, alterius uero classis archetypus ex uno codice a docto emendatore confectus inde potissimam labem traxerit, quod, cum eius scriptura non nusquam euanisset, ille de suo ingenio addiderit coniecturas, tertia denique classis ex archetypo prauo et mendorum emendationumque per leuitatem factarum pleno manauerit eademque postea propriis monachorum commentis plus in dies ceperit detrimenti. itaque iis, qui ut nosmet ueras communis archetypi libri lectiones perscrutari uolent, repellendi erunt primo optimae classis errores et inmutationes, deinde secundae classis non grammaticae sed rhetoricae uel poeticae emendationes haud sine diligentia excogitatae, tertio plurima monachorum menda ineptiaeque quae in deterrima classe reperiuntur. hoc si feceris, formam archetypi Horatiani inuenies, libri primo fortasse post Christum saeculo adscribendi paucisque mendis deprauati.

Quam ob rem nisi rarissimis locis non recepimus coniecturas, sperantes fore ut magis magisque eorum sententia comprobetur, qui Horatium poetam, si cum ceteris comparaueris, prope integrum posteritati proditum nec dignum esse dicant qui commentis et coniecturis uexetur, siquidem omnium nostrorum codicum archetypus iam ipsis primorum Caesarum temporibus conscriptus est. quanto magis sane in plerisque ueteribus scriptoribus, ut in Liuiio Tacito Graecis, destituti sumus libris bonis isdemque antiquis! quam aliter hi ad nostram memoriam perue-

nerunt! et quando tandem finis erit in unam omnia quasi copulam coniciendi et in Horati carmina coniecturis oneranda acuminis uires profundendi, quod ad sexcentos alios scriptores restituendos longe utilius et exoptatius est! ceterum quoniam exercitationum quales in philologicis quae dicunt seminariis fieri solent, quibus inter gratissimos et ad discendum utilissimos poetas Horatius semper erit, maximam habebamus rationem, ex ingenti coniecturarum copia uel silua quas Bentleius Heinsii Burmannus, nuper Gruppeus Lehrsus Ribbeckius alii ad acuendum ingenium excogitauerunt magnum, quantum in nobis fuit, numerum conguessimus. ne igitur proxime factas uel omnis uel aequaliter laudatas quaerat, lectorem beniuolum monitum uelimus.

Restat ut iis omnibus, quorum in hac ipsa praefatione et in altera mentio facta est, ut in primis Hartelio Woelfflino Nauckio Nolteo Vsenero Hagenio Kurtzio, et quicumque aut consilio aut re operi nostro adiumenta attulerunt ac subsidia, gratias agamus quam maximas. deinde gratiam praedicamus iis uiris honestissimis, qui 'candidi iudices' bene sese de hoc libro existimare uel in actis diurnis uel in libris suis plane et ingenue sunt professi: qua re fortasse factum est, ut studia nostra iterum iterumque accenderentur nec longi difficilisque laboris taedio succumberemus. tertio triumuiris illis ingenio doctrina docendique facultate praestantissimis RITSCHelio KAYSERO TEVFFELIO, qui, quo simul pietas nostra erga praeceptores significaretur, ut ipsis tris primis huius libri partes dedicarem, benigne permiserunt, ingentis agimus grates. eos autem, qui hunc librum tractabunt, oramus, ut id quidem persuasum habeant, diligentiae nos semper operam dedisse, nec ut fit eam ob causam, quod semel quid diximus, pertinaciter in errore manere quam fateri maluisse, nos interdum falsos esse. qui uero temere hunc librum damnare uoluerit, ipse talem siue tanti laboris inpensaeque librum conficiat, deinde de utroque iudicetur.

In orthographicis denique rebus eandem rationem institutionemque conseruauimus quam in uolumine I, ita quidem ut, quam maxime poteramus, libri archetypi uel ipsius Horati effingeremus scripturas, nec inuenimus quae refragarentur legibus a nobis [mus. Rhen. XXI p. 241 sqq.] statutis de accusatiuo

res ortho-
graphica.

plurali in *is* finiente et de ablatiui singulari desinente in *e*. nec usquam igitur apud aevi Augustani poetas comparatius reperitur ablatiui singulari desinens in *i* [p. 243] et omnia adiectiva, participia, numeralia, quae aut usitate aut semper genetiui plurali habent *ium*, exceptis adiectiuis in *x* desinentibus, accusatiui plurali semper in *is* finiunt. sed hac de re uberius in uolumine III disputabitur.

Q. HORATI FLACCI
E P I S T V L A R V M

LIBER PRIMVS

I

Prima dicte mihi, summa dicende cæmena,

TESTIMONIA.

I 1. 1 Seruius ad eclog. 8, 11

VARIA LECTIO.

I 1. Ω''' = A' (A a) E γ F λ' (λ l) δ' (δ d) ε; ζ'' = aut omnes codd. β' (β Fran.) v π' (π Lips.) σ g r v (a d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ζ = aut omnes codd. v σ g r v (a d l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur

INCIPIT EPISTOLARVM LIBER (om. A) PRIMUS (om. A δ') A' δ'

INCIP^{EP} · ISTOLARVM || LIBER PRIMUS AD IVLIVM FLORVM γ (cons. a 2 in marg.) INCIPIT · EPISTOLARŪ · LIBER · PRIM · φ Q. HŌR FLACCI CARMĒ EPISTOLARŪ INCIPIT · LIB · I ψ (cons. l) CARMĒ EPISTOLARŪ INCIPIT · LIB · I · λ INCIPIT LIBER EPĪLARŪ · ε SERMONŪ LIB · II · EXPLICIT · INCIPIT LIB · I · EPISTOLARŪ σ (cons. Fran.) Q · HORATHI · FLACCI · CARMEM SECVLARE EXPLICITUR · || HINC LIBRI EPISTOLARUM ORDIUNTUR · QUORŪ PRIMUS HIC INCIPIT r QUINTI · HORATHI FLACCI LIBER PRIM INCIPIT v inscriptione carent E1 (v g et β) INCIP · EPISTULARUM LIB · II · Porph. in A' E γ F λ' δ' ζ'' epistulae post carmen saec. leguntur, in ε (σ g) Porph. post sermones, in v y [Montepessul. Nostradam. Parisin. 8216 Sorbonens.] post artem poeticam 'Flacci epistularum libri titulo tantum dissimiles a sermonum sunt; nam et metrum et materia uerborum et communis adsumptio eadem est. quos operis sui ultimos esse ipse testatur Maecenati, cum dicit finire se operam uelle et philosophiae malle inseruire' Porph. 'Epistolarum libri tantum nomine dissimiles a libris sermonum sunt. nam et metrum et materia uerborum et communis assumptio eadem est. hoc solum distare uidentur, quod hic quasi ad absentes loqui uidetur, ibi autem ad p̄sentes loquitur. et hii ultimi sunt sui operis libri, licet scriptorum uitio in multis codicibus locum sermonum occupauerint' schol. γ cons. schol. F Inscriptionem editionum: 'ad Maecenatem' non exhibent Ω''' ζ'' 1 dicendi A

spectatum satis et donatum iam rude quaeris,
 Maecenas, iterum antiquo me includere ludo:
 non eadem est aetas, non mens. Veianius armis
 Herculis ad postem fixis latet abditus agro, 5
 ne populum extrema totiens exoret harena.
 est mihi purgatam crebro qui personet aurem
 'solue senescentem mature sanus *ecum, ne
 peccet ad extremum ridendus et ilia ducat'.
 nunc itaque et uersus et cetera ludicra pono: 10
 quid uerum atque decens curo et rogo et omnis in hoc sum;
 condo et compono quae mox depromere possim.
 ac ne forte roges quo me duce, quo lare tuter:
 nullius addictus iurare in uerba magistri,
 quo me cumque rapit tempestas, deferor hospes. 15
 nunc agilis fio et mersor ciuilibus undis,

TESTIMONIA.

2—9 imitatus est Ouidius trist. III 8, 19 sqq.: 'ne cadat et multas
 palmas inhonestet adeptus, languidus in pratis gramina carpit equus.
 miles ut emeritis non est satis utilis annis, ponit ad antiquos, quae
 tulit arma, Lares. sic igitur, tarda uires minuenta senecta, me quoque
 donari iam rude tempus erat' 3 cf. 'antiquo iterum ludo inclusus...' *Magistri*
Conradi canonici Thuricensis fabularius, nou. mus. Heluet. V
p. 40 4 sq. 'Veianius — fixis' *Seruius ad Aen. I 248* 8 sq. 11 *flore-*
rig. Nostradam. 12 *schol. Veronens. Vergil. eclog. 6, 7 p. 73 K.*

VARIA LECTIO.

uu. 2—6 *desunt in ε* 2 *queris A γ λ* 3 *Mecenas γ F*
Micenas λ includere Ω'' δ 2 *aut corr. ζ (β' cons. π') schol. Γ*
inducere v et fort. δ 1 aut pr. (recte δ) reddere y defic. ε 4 *Non*
aetas eadem non mens y sed uide imit. Calpurn. ecl. 4, 30: 'non ea-
dem nobis sunt tempora, non deus idem' eadē A 5 *abditus]*
additus y u. 6 *paene omnis deest in ε* 6 *Nec E* totiens A'
E F λ' δ' (v r v) tociens γ (β' σ g) exoret A' E γ φ p. *ras. ψ*
uar. λ corr. ζ'' schol. Γ exornet F λ' δ' pr. (et 2 *Bland.*) harena E
 (β' v σ g) *schol. Γ* arena A, ε *non liquet; arena γ F λ' δ' (π' a r v)*
 8 *aequūm δ a. ras. ε equum cett.'' florileg. Nostradam.*
 10 itaque] utique y cetera γ F δ' 12 *Conde A* compono A'
 γ F δ' ζ'' compono E λ (v r) 14 *addictus F λ' δ' ε (sed in λ addi*
in ras.) ζ'' Porph.' schol. Γ adductus A' E γ δ' 2 (r) *gloss. Γ* cf.
Quintilian. instit. III 1, 22: 'neque enim me cuiusquam sectae uelut
quadam superstitione imbutus addixi' 15 *cunq. E (v) cumque cett.''*
 16 *mersor Ω''' ζ'' (et omn. Bland.) Pph.' Porph.' schol. ε*

uirtutis uerae custos rigidusque satelles,
 nunc in Aristippi furtim praecepta relabor
 et mihi res, non me rebus subiungere conor.
 ut nox longa quibus mentitur amica, diesque 20
 longa uidetur opus debentibus, ut piger annus
 pupillis, quos dura premit custodia matrum,
 sic mihi tarda fluunt ingrataque tempora quae spem
 consiliumque morantur agendi nauiter id quod
 aequae pauperibus prodest, locupletibus aequae, 25
 aequae neglectum pueris senibusque nocebit.

TESTIMONIA.

17 Willelmus, uita s. Thomae [ap. Giles. I 307] imit. anonymus auctor satirae de lite n. 118: 'si iudex custos rigidus legisque magister' apud Barth. aduersar. 7, 18 19—21 florileg. Nostradam. 19 Porph. ad epist. I 10, 40 Hildebertus moral. philos. 991 23 sq. floril. Nostr. 24—26 'id — nocebit' Io. Victor. VI 6, 429 26 floril. Nostr.; cf. ecbasis captiu. n. 1175: 'aeque neglectum pueris senibusue nocium'

VARIA LECTIO.

uersor y ω cf. *Catull.* 68, 13: 'accipe quis merser fortunae fluctibus ipse'; 'uersor' *inrepsit ex schol. I*: 'parumper in his uersari uolo' u. 17 ante u. 11 ponit *Hitzigius inserto* 'et' post u. 10 *schol.* u. 18 ante *schol.* u. 17 exhibet *Porph.* 17 uerae $E F \delta \varepsilon$ ($v \sigma a l$) uere $\gamma \lambda$ ($\beta' d g r v$) ueri A satellis $F \lambda' \delta'$ ($\pi' r pr.$) u. 19 ante u. 18 pon. *Sanadonus* 18 precepta A 19 aut cum *Dobraeo non in nunc corrigendum aut u. 19 ante uu. 18. 17 inserendum esse statuit Meinekius praef. XXXIII opp. Ritter. ann. phil. et paed. LXXVI 246 sq. et] ac Porph. ad epist. I 10 non] et Gruppeus opp. Porph. ad epist. I 10, 40 florileg. Nostradam. Hildebert. subiungere $\Omega''' \xi''$ (et omn. codd. *Cruquii*) florileg. Nostradam. supponere y submittere y ω *Hildebertus* 21 Longa Ω''' (defic. ε) ξ'' *Porph. florileg. Nostradam.* Lenta y [1 cod. *Barthii* suspectissimus, non *Bamberg. quod contenderat Iaeckius*] prob. *Bentl. sed cf. Senec. dialog. X de breuit. uitae* 16, 2: 'quod saepe illis longus uidetur dies' *Auson. de inconexis u. 10 p. 198 Bip.*: 'longa dies operosa uiro, sed temperies nox' piger ε ξ'' *ier A* 22 patrum *coni. Bellus sed cf. Senec. consolat. ad Marciam* 24: 'pupillus relictus sub tutoris cura usque ad decimum quartum annum fuit, sub matris tutela semper' uu. 23—26 *desunt* ε 32 temporaq. uespem A tempora δ 24 nauiter Ω''' (defic. ε) ξ'' gnauiter $v y$ florileg. Nostradam. in v ut forma notabilior adscriptum est: *NÄVITER.* u. 25 omis. $\delta' 1$ aut *pr. y et florileg. Nostradam.*; post u. 26 exhibent $r y$ [*Lips. 1*] 25 Aequē . . . æquem A aequē δ' 26 Aequē δ neclectum $A' \gamma$ (d) neglectum *cell.**

restat ut his ego me ipse regam solerque elementis.
 non possis oculo quantum contendere Lynceus;
 non tamen idcirco contempnas lippus inungui:
 nec, quia desperes inuicti membra Glyconis, 30
 nodosa corpus nolis prohibere cheragra.
 est quadam prodire tenus, si non datur ultra.
 feruet auaritia miseroque cupidine pectus:
 sunt uerba et uoces quibus hunc lenire dolorem

TESTIMONIA.

28 schol. Vossian. Lucan. VI 672 florileg. Nostradam. uu. 30—
 63 florilegium Nostradamense 32 Alcuinus de diuinis officiis
 lib. c. 18 p. 1190^a 33 cf. Columbanus ad Hunaldum u. 7: 'ardet
 auaritia caecaque cupidine pectus' idemque ad Sethum u. 45:

VARIA LECTIO.

(defic. ε) florileg. Nostradam. senibus puerisq; v opp. florileg.
 Nostradam. senib; que λ uu. 27—43 partes finales desunt in ε
 27 rogam A 28 oculos λ pr. (v 1) y Pf. Bentl. idemque conie-
 ctauerat Passeratius oculo cett." ζ" (et omn. codd. Cruquii) Pph.
 schol. Lucan. florileg. Nostradam. Nestor Nouariensis s. u. Lyn-
 ceus oculis y [1 cod. Feae] cf. Cic. de offic. III 2: 'quantum coniti
 animo potes, quantum labore contendere' linceus γ 29 Num tamen
 γ 1 idcirco E idcirco cett." ζ" contempnas δ' ε inungui A' E
 γ F λ' (β' v σ g) inungi δ' (r v) 30 Non v (et Fran.) opp. etiam
 florileg. Nostradam. desperas ε pr. (g) clyconis A glyconis γ gly-
 conis cett." 'Glico quidam athleta fortissimus fuit, alii Milonis legunt
 illius Crotoniatis qui apud Olympias in agone interfectum taurum suis
 humeris dicitur sustulisse' schol. Γ sed uide anthol. Pal. VII 692:
 'Γλύκων, τὸ Περγαμηνὸν Ἀσίδι κλέος, ὁ παμμάχων κεραινός, ὁ
 πλατὺς πόδας, ὁ καινὸς Ἄτλας, αἱ τ' ἀνίκατοι χέρες ἔρροντι τὸν
 δὲ πρόσθεν οὐτ' ἐν Ἰταλοῖς οὐθ' Ἑλλάδι τροπωτὸν οὐτ' ἐν Ἀσίδι
 πάντα νικῶν Αἰδης ἀνέτραπεν' 31 nolis corpus g cheragra
 A' E (et π pr.) chiragra γ λ pr. (β' v a 2 g corr. r) schol. Γ chy-
 ragra F λ corr. δ' (l) ciragra σ g pr. flor. Nostr. cy// ε cyragra v
 32 quadam A' pr. E F (σ 1 r et π corr. V) schol. Γ gloss. Γ
 quodam A corr. γ ψ corr. ead. m. λ' ε (β' v π' a 2 d g v et cett. Bland.)
 florileg. Nostradam. quoddam y ω Alcuinus Fea quoddam y aliqua
 y quoddam δ; Bentleius 'tenus' inquit 'ubi pronomibus iungitur,
 ablatiuum femininum semper exigit' prodire] ire γ 33 Feruet
 Ω" ζ" florileg. Nostradam. auaricia λ misero Ω" ζ" (et 4
 Bland.) misera v 2 y florileg. Nostradam., falso: cupido enim semper
 masculino genere ponitur apud Horatium cupine A 34 hunc]
 supra uersum γ linire A γ 1 aut pr.

possis et magnam morbi deponere partem. 35
 laudis amore tumes: sunt certa piacula quae te
 ter pure lecto poterunt recreare libello.
 inuidus, iracundus, iners, uinosus, amator:
 nemo adeo ferus est ut non mitescere possit,
 si modo culturae patientem commodet aurem. 40
 uirtus est uitium fugere, et sapientia prima
 stultitia caruisse. uides, quae maxima credis
 esse mala, exiguum censum turpemque repulsam,
 quanto deuites animi capitisque labore;
 impiger extremos curris mercator ad Indos, 45

TESTIMONIA.

'non misera capitur caecaque cupidine rerum' (cod. Parisin. 8303 saec. X) 36 sq. Augustinus de ciuit. d. V 13 epist. III 231, 3 [II p. 1024] 39 sq. imit. Lactantius de mortibus persecutorum 3: 'nulla denique — mitesceret' 39 florilegia Parisina 8069 et 8818^a Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 41 sq. 'uirtus — caruisse' floril. Paris. 8818^a Io. Saresber. met. 4, 30; cf. Quintil. inst. VIII 3, 41: 'prima uirtus est uitio carere' Iuuenalis 13, 189: 'prima docet rectum sapientia' 41 'uirtus — fugere' Quintil. inst. VIII 3, 10 floril. Par. 8069; uituperauit Lactant. VI 5, 12 45 sq. Vincentius Bellou. spec. hist. VII 68 45 floril. Par. 8818^a Pseudoacron uulgatus ad art. poet. 117, non schol. Γ im. Statius s. III 2, 91: 'non uel ad ignotos ibam comes impiger Indos?'

VARIA LECTIO.

36 tumens *A* certe *E* 1 quete *A* 38 inhers *A* δ' eris
Heldius 39 ut Ω''' ζ'' florileg. *Nostradam. et Parisin.* 8069 qui
y florileg. Paris. 8818^a *Vincentius*; cf. *Senec. de ira* II 12: 'nulli
 sunt tam feri et sui iuris affectus, ut non disciplina perdomentur'
Lactant. (a quo et u. 41 uidimus laudari) de mort. persecutor. 3:
 'nulla denique natio tam feris moribus uiuens, ut non suscepto
 dei cultu ad iustitiae opera mitesceret' mittescere *E* 40 pa-
 cientem *F λ ε* 41 uicium ε sapientia λ 42 Stulticia *A' E λ ε*
 43 *repulsam* δ' 2 *y*, δ' 1 *non liquet, fuit fort. laborem quod*
h. l. exhibent y (defic. ε) uu. 44—47 desunt ε u. 44 omis.

† labore

y [Sorbonens.] 44 dolore γ, *uar. ab ead. m.; item y [1 cod. Feae]*
 dolore δ' 1 *ut uid. y labore* δ' 2 (*v et π*) dolabore *r labore cett.* ζ
 (*et β' Lips.*) florileg. *Nostradam. cons. gloss. Γ* periculo *y ortum ex*
gloss., gloss. Γ: 'periculo' 45 *Impiger* Ω''' ζ'' *Pf. Impiger β' v*
Pph. florileg. Nostr. curris Ω''' ζ'' *Pph.' gloss. Γ floril. Nostr.*
currit y [Basil. II] florileg. Paris. 8818^a Vincentius Acron uolga-
tus ad art. poet. 117 (opp. comment. Cruqu.) Bersmannus; cf. Clau-

per mare pauperiem fugiens, per saxa, per ignes:
 ne cures ea, quae stulte miraris et optas;
 discere et audire et meliori credere non uis?
 quis circum pagos et circum compita pugna
 magna coronari contemnat Olympia, cui spes, 50
 cui sit condicio dulcis sine puluere palmae?
 uilius argentum est auro, uirtutibus aurum.
 'o ciues, ciues, quaerenda pecunia primum est;
 uirtus post nummos!' haec Ianus summus ab imo

TESTIMONIA.

48 cf. eccl. captiu. u. 1129: 'dicere et audire et meliori credere non uis' 50 Priscianus instit. XVIII 27, 284: Attici στέφεται τῶδε καὶ τῶδε. et Romani 'coronatur illam rem' et 'illa re', quomodo etiam 'inducitur' Horatius: 'coronari Olympia' 52 Columbanus ad Hunaldum u. 9 Petrus abbas Cluniacensis epist. I 6 [biblioth. Cluniac. p. 628] 53 sq. 'o — nummos' florilegium Paris. 8818^a Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 Petrus Cluniacensis epist. I 6 54 sq. 'haec — producet' schol. I epist. I 20, 1

VARIA LECTIO.

dian. de III cons. Honor. 257: 'tu licet extremos late dominere per Indos' 46 post mare, non post Indos interpung. Meinekus, falso: etenim, quod iam Porphyryon uidit, Horatius imitatus est Theogn. 175 sqq.: ἦν (πενίην) δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς βαθυκῆτα πόντον διπτεῖν καὶ πετρέων, Κύρνε, κατ' ἡλιβάτων. χρὴ γὰρ ὁμῶς ἐπὶ γῆν τε καὶ εὐρέα νῶτα θαλάσσης διζήσθαι χαλεπῆς, Κύρνε, λύσειν πενίης? pauperie γ fugens E saxa Ω''' ζ'' florileg. Nostradam. tela y opp. Theogn. quem modo laudauimus ignes Ω''' ζ'' floril. Nostr. 47 que E λ stultę F uu. 48—64 initia desunt ε 48 Dicere F λ' 1 δ' 1 (et π 1) y; ε defic. schol. Γ: 'ὑστερον πρότερον, nam prius audimus, tum discimus' 49 compita E (r) compita cett.''' ζ'' Pph.' cōpeta g pugna E 50 contemnat F λ (g et π) contempnat A' E γ δ' ζ' florileg. Nostradam. contemplant ε 1 ut uid., nunc contempta olimpia E δ' pes λ 1 51. cui] Cum σ 1 condicio A' ψ λ (σ g et Lips.) conditio cett.' ζ' florileg. Nostradam.; ε defic. puluere Ω''' ζ'' gloss. Γ florileg. Nostradam. pondere y palme λ 52 Vilius est argentum auro v y Petrus Cluniacensis Vilius est auro argentum y Benulleius opp. Ω''' ζ'' Columban. florileg. Nostradam. (est in ras. sed a 1. m. Lips.) 53 querenda γ λ δ' pecunia δ est] om. flor. Nostr. 54 numos δ'. nummos cett.' δ 2 ζ'' haec Ω''' ζ schol. Γ ad epist. I 20, 1 hec β' g florilegium Nostradam. hoc y [π 1] 'quos haec inducit monere' Porph. Ianus] cianus A

prodocet, haec recinunt iuuenes dictata senesque, 55
 laeuo suspensi loculos tabulamque lacerto.
 est animus tibi, sunt mores, est lingua fidesque,
 sed quadringentis sex septem milia desunt:
 pleps eris. at pueri ludentes 'rex eris' aiunt
 'si recte facies'. hic murus aeneus esto, 60

TESTIMONIA.

58 sq. cf. Iuuenalis 5, 132 sqq.: 'quadringenta tibi siquis deus aut similis dis et melior fatis donaret homuncio: quantus ex nihilo fieres?'

59 sq. 'pueri — facies' Ioannes Victoriensis 4, 1 p. 560 B.

59 plebs eris] cf. Gualtheri Alex. V 507: 'respectu principis huius plebs erit' 60 cf. Isidorus origin. VIII 3, 4: 'Reges a regendo . . . recte

VARIA LECTIO.

55 Pprodocet δ Prodocet cett." ζ" (et 4 Bland.) schol. Γ I 20, 1 florileg. Nostradam. Predocet uel Praedocet σ y [Barcin.] ω Perdocet y ω Edocet y senesque et coni. Marklandus; iuuenesque senesque habes etiam apud Ouid. met. VIII 525 Pers. 5, 64 Stat. Theb. V 149. pueri uero hic manifesto excipiuntur uide uu. 59. 62

u. 56 Guyetus aliique delendum censent: nam turbato in sequentibus ordine et Porphyronis silentio adeo augentur suspiciones, ut facere non possint, quin hunc uersum ex serm. I 6, 74 perperam huc translatum esse arbitrentur; nos retinuimus lectionem libris traditam, quoniam Porphyr. silentio nihil probatur, cont. c. I 19, 1 ≅ c. III, 1, 5. s. I 2, 27 ≅ I 4, 92. s. II 3, 163 = epist. I 6, 28 habent u. 56 Ω''' ζ" y ω ad unum omnes, testantur etiam schol. Γ gloss. Γ floril. Nostr., tuentur Fea Doederlinus Schmidius 56 Leuo E γ λ' δ' (defic. ε) tabulam Ω''' ζ" floril. Nostrad. tabulas editores quidam

lacerno ε u. 57 ante u. 58 habent E (a corr. g r 2: in r totus u. 57 ab alt. m. in rasura) y [Bruzell. 9778 Bustidianus 2 codd. Pulmanni] florileg. Nostradam. u. 58 ante u. 57 habent A' γ F λ' δ' ε (β' v π' σ v) 57 est] Ast δ' y [Reginens. 1] (defic. ε)

est lingua E y [codd. Bentlei] florileg. Nostradam. Bentleius et lingua cett." ζ" lingua, om. et uel est, g 58 Sed A' F λ' δ' ζ" schol. Γ S, E Set γ Si σ 2 y [Bruzell. 2 uar. Montepessul. Regin. 2 uar. alii: non Petropolit. quod contenderat Orellius] florileg. Nostradam.; ε defic. milia Ω''' ζ" schol. Γ desunt A' E γ δ' ε (β' v σ g et π a. ras. Lips. 2) florileg. Nostradam. desint F λ' (r v et π p. ras. Lips. 1) u. 59 omis. l pr. 59 Pleps A' y [β Bamberg. corr. Parisin. 8214] Plebs γ Plebs cett." ζ' Ples r 1 y; ε defic. u. 60 sq. del. Gruppeus opp. floril. Nostr. hic — culpa del. Wielandus et Meinekius; bene defendit Doederlinus I p. 74; Hitzigius del. u. 61, et u. 60 sic scribit pro hic 60 facias y cons. Isidor. opp. florileg. Nostr. Ioann. Victoriens. et cf. Auson. de inconexis u. 3

nil conscire sibi, nulla pallescere culpa.
 Roscia, dic sodes, melior lex an *puerorum
 stenia, quae regnum recte facientibus offert,
 et maribus Curiis et decantata Camillis?
 isne tibi melius suadet qui, rem facias, rem, 65
 si possis, recte, si non, quocumque modo rem,
 ut propius spectes lacrimosa poemata Pupi:
 an qui Fortunae te responsare superbae
 liberum et erectum praesens hortatur et aptat?

TESTIMONIA.

igitur faciendo regis nomen tenetur, peccando amittitur. Vnde et apud
 ueteres tale erat prouerbum: rex eris, si recte facias: si non facias,
 non eris' 61 uita Norberti archiepiscopi Magdeburg. additam. [Pertz.
 XIII = XII p. 706] 62 sq. 'puerorum — que — offert?' Ioannes
 Victoriensis 4, 1 p. 360 B. 65 sq. florileg. Nostradam. 67 cf. Ar-
 nobius III c. 9: 'quis ad extremum deam Pecuniam esse credat, quam
 uelut maximum numen uestrae indicant litterae donare anulos aureos,
 loca in ludis atque in spectaculis priora e. q. s.' et cf. Augustin.
 de ciuit. dei VII 3: 'obscurata est dea Pecunia . . . cur dea Pecunia
 Minervae praelata non est?' 68—70 florileg. Nostradam. 69 cf. Se-
 neca de uita beata 4: (beatam uitam dicit) 'liberum animum et ere-
 ctum et interritum ac stabilem, extra metum, extra cupiditatem positum'

VARIA LECTIO.

p. 198 *Bip.*: 'qui recte faciet, non qui dominatur, erit rex' et *Porph.*
ad u. 62: '. . . pueri lusu cantare solent: 'rex erit qui recte faciet,
 qui non faciet non erit'' aneus *A* 61 Nil — tibi] *bis*
in cod. γ Nihil *E* Nichil *A* Nil////*a* Nil *cett.*" ε" Non florileg.
Nostradam. ^{si} cōscirebi *E* consire *A* tibi *γ* fol. 83^b tibi *γ* fol.
 84^a pallescere *γ* 62 puerorum est Ω''' ε" (et 4 *Bland.*) *Ioann.*
Victoriens. puerorum, om. est, *γ* [*Bruxell. Reginens.*] ω florileg.
Nostradam. 63 Nenia Ω''' ε' (et *Fran.*) *Porph.* florileg. *Nostradam.*
Noenia *γ* [β] *u.* 64 del. *Hitzigius opp. Pph.* *Porph.* *schol.*
Γ et cf. *Lucan.* VII 358: 'si Curios his fata darent reducesque
 Camillos' decanta δ' *uu.* 65—106 *desunt* ε 65 Hisne *γ*
 suades *γ* rem tibi facias rem *F* [qui rem facias 4 *Bland.*]
 66 recte] om. ψ 1 quocunq; *E* 67 puppi *A* corr. *γ* ψ 2 (et *Fran.*)
Porph. pupi *cett.*" ε' (et β) *schol.* *F* gloss. *Γ* cons. titul. *lapidum,*
uide Feam ad h. l.; defīc. ε 68 fortune λ δ 1 ut uid. tu λ 1
 tē φ te *cett.*" ε" (*defīc.* ε) superbae Ω''' (*defīc.* ε) ε" *schol.* *Γ*
 superbe *g* *γ* florileg. *Nostradam.* conī. *Lambinus;* cf. c. I 28, 32
 69 presens *A* δ ortatur *A* *γ* aptat *A' E* *γ* *F* λ δ' ε" (et omn.
Bland.) *schol.* *Γ* florileg. *Nostradam.* optat *g* l pr. *γ* [*Bruxell. Re-*
gin.: lectio Mauortiana?] ω cf. *uar. lect. epist.* I 6, 55

quod si me populus Romanus forte roget, cur 70
 non ut porticibus sic iudiciis fruar isdem,
 nec sequar aut fugiam quae diligit ipse uel odit,
 olim quod uolpes aegroto cauta leoni
 respondit referam: 'quia me uestigia terrent,
 omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum'. 75
 belua multorum es capitum: nam quid sequar aut quem?
 pars hominum gestit conducere publica; sunt qui
 frustis et pomis uiduas uenentur auaras
 excipiantque senes quos in uiuaria mittant;
 multis occulto crescit res faenore. uerum 80

TESTIMONIA.

72—80 florileg. Nostradam. 73—75 omisso 'referam' Thomas Cantuar. epist. 391 [III p. 299 Giles.] 73 'et Horatius ne in poemate quidem humilem generis huius usum putauit in illis uersibus: 'quod dixit aegroto catta leoni' Quintiliani codd. instit. V 11, 20 74 sq. cf. Seneca de uita beata c. 28: 'nec uiam bonam ac malam per se aestimans, sed turba uestigiorum, in quibus nulla sunt redeuntium?' 76 cf. ecbas. captiu. u. 440: 'belua multorum capitum uisis moribundum?'

VARIA LECTIO.

71 porticipibus δ' 1 iudicis E (σ) iuditiis φ isdem A' F λ' δ' ζ'' idem E a. corr. γ (et π pr.) y; in γ superscr. p isdē
 72 Ne E aut A' E γ (β' σ g r et Lips.) florileg. Nostradam. ac F λ' (v) y et δ' (v et π); ε defic. quae E γ F δ' ζ' (et Lips.) schol. Γ que A λ' (v et β) florileg. Nostradam. quem y [π Fran. cum aliis] uel odit Ω''' (defic. ε) ζ'' florileg. Nostradam. colitque y [Montepessul. uar.] 73 uolpes F λ' 1 (r et π 2 Lips.) nulpes cett.'' ζ' (et β' π 1) Quintil. uolgat. florileg. Nostradam.; defic. ε agroto A egroto λ' 74 trent ψ 75 spectancia λ 76 Belua Ω''' ζ' (cons. π') Porph.' florileg. Nostradam. (defic. ε) Bellua ω es] est y Plaza et Benth. opp. etiam florileg. Nostradam.; ε defic. r 1 non liquet quem A' E γ (β' σ g l 2 r v et Lips.) florileg. Nostradam. quae F δ' (v l 1 et π) q; λ 77 Par A 78 Fruistis δ' 1 Frustis cett.'' ζ'' (et σ 2 uar.) gloss. Γ florileg. Nostradam. Crustis σ y [Petrop., 'quidam codd.' Cruquii] Fructis y Fructibus y defic. ε; gloss. Γ interpret.: 's. carnis ut piscis' poms λ 79 Excipiunt φ a. corr. uinaria δ 1 (σ 1 g) niuaria A mitant δ' 1 mutant σ 1 g florileg. Nostradam. 80 res crescit y [Sorbonens.] opp. etiam florileg. Nostradam. faenore A (v r) foenore E δ' (a et Fran.) foenere γ fenore F λ' (π' v v et β) florileg. Nostradam. uenere g

esto aliis alios rebus studiisque teneri:
 idem eadem possunt horam durare probantes?
 'nullus in orbe sinus Bais praelucet amoenis'
 si dixit diues, lacus et mare sentit amorem
 festinantis eri: cui si uitiosa libido 85
 fecerit auspiciū, cras ferramenta Teanum
 tolletis, fabri. lectus genialis in aula est:
 nil ait esse prius, melius nil caelibe uita;
 si non est, iurat bene solis esse maritis.
 quo teneam uoltus mutantem Protea nodo? 90
 quid pauper? ride: mutat cenacula lectos

TESTIMONIA.

uu. 82—100 florileg. Nostradam. 85 cf. Ausonius epigr. 71, 2: 'repperit obscenas ueneres uitiosa libido' 87 cf. glossarium Mai class. auct. VIII 260: 'genialis lectus, ubi sponsus et sponsa cubant' 90 Hildebertus moral. philosoph. p. 980. cf. Appuleius Osanni p. 7: 'sed et Horatius eos, qui facile uertunt sententiam et (nec?) deprehendi facile possunt, Proteos uocat'

VARIA LECTIO.

81 alios aliis *v* aliis] ta//us φ studis (sic) reb;q; *y* [*Montepessulan.*]: *ex his duobus uersibus intellegas, quemadmodum uerum uerborum ordinem temere mutare soliti sint sequioris aevi codicum auctores; nos plerasque talium transpositionum typis mandare nolimus* studiis teneri *F* 82 Idē *E* possuntne *y* (?) *Lambinus opp. florileg. Nostradam.* horam Ω'' ζ' *Pph. gloss. F florileg. Nostradam.* hora *l v p. ras.* (et β) *y Pf.*: etiam in *l fort. lineola crasa; defc. ε* 83 urbe *F 1 δ' .* (et π corr.): λ' et *Lips. recte baiis F (v l v) bai//is λ bais cell.*" praelu& *A* praelucet γ amoenis Ω''' 84 locus *A a. corr.* 85 eri *A' E 1 γ δ (v $\pi' g r$) heri F $\lambda' E 2$ ut uid. ($\beta' v$) cri *E* (σd) cuius uitiosa γ uiciosa λ 86 Fecerit γ auspitiū *E* γ aut spiciū *A* teanum λ 88 Nila//it *E* ait om. δ' pr. caelibe *E F δ* ($\sigma a l r$ et $\beta 2$ *Fran., cons. d*) celibe *A γ λ (v $\pi' v$ et $\beta 1$ cons. g) florileg. Nostradam.* 90 nodo mutantem prothea uultus *y* [*Sorbonens.*] Hildebertus uoltus *F λ' (g) uultus cell.*" uultum *y* [*Lips.*] florileg. Nostradam.; defc. ε motantē *E* protea *A' y* [*Bamb. Valent.*] prothea cell." ζ'' flor. Nostradam.; defc. ε 91 quid? pauper — ride! — mutat *Doederlinus, sed cf. epist. I 2, 10* Quod δ' ride Ω''' ζ'' gloss. *F florileg. Nostradam. omis. y* [*Valentian. 1*] rides *v y Cuninghamus; defc. ε* ; uiden' ut *Bentleius* idem *Hitzigius* motat *E* cenacula *A E λ ($\beta' v$ ut uid. $\pi' \sigma g v$) florileg. Nostradam. caenacula $\gamma F \delta'$ ($a l r$)**

balnea, tonsores, conducto nauigio aequē
 nauseat ac locuples, quem ducit priua triremis.
 si curatus inaequali tonsore capillos
 occurri, rides; si forte subucula pexae
 trita subest tunicae, uel si toga dissidet impar,
 rides: quid? mea cum pugnat sententia secum,
 quod petiit spernit, repetit quod nuper omisit,
 aestuat et uitae disconuenit ordine toto,

95

TESTIMONIA.

93 'nauseat — prima triremis' glossarium Mai tribus locis [classic. auctor. VIII 381. 494. 580] 94—97 'si — rides' [Rufinianus] de schematis lexeos § 18 p. 52 Halm. 95 sq. 'si — tunicae' glossarium Mai [classic. auctor. VIII 525] cf. Hieronymus aduersus Iouinianum lib. II c. 21 [Vallars. II 357^e]: 'tunc pexa tunica et nigra subucula uestic-baris' 97—100 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 68 97 sq. 'mea pugnat — repellit — omisit' Hildebertus moral. philos. p. 980 98 cf. Seneca de uita beata c. 28: 'fluctuamus aliudque ex alio comprehendimus: petita relinquimus, relicta repetimus' 99 sq. 'diruit — rotundis. aestuat — toto' Hieronymus comment. in Ecclesiasten c. 3 [Vallars. III 409^c]

VARIA LECTIO.

92 aequae A 93 Nausiat y [Fran.] hac F ac celt.™ §'' glossarium Mai p. 381 florileg. Nostradam. ut y; defic. ε; an glossarium Mai p. 494 p. 580 priua] omis. y [β 1] prima glossar. Mai tribus locis florileg. Nostradam. 94 Sic Pph.' curatus Ω''' §'' (et omn. Bland.) Pph.' Rufinianus florileg. Nostradam. curtatus y [Reginens. 2 Zulichemian. a. ras.] ω curuatus y [Bamberg. 2 in marg.]; defic. ε; tonsus interpr. schol. Γ; cf. Petron. sat. c. 107: 'uoluerunt enim, antequam conscenderent, exonerare capita molesto et superuacuo (capillorum) pondere, sed celerior uentus distulit curationis propositum' inequali λ tonsore E 95 Occurri F λ' δ' (v 1 aut pr. π' σ' a 1 g r v) Rufinianus Occurri E γ Occurri florileg. Nostradam. Occurrit A (a 2 v 2 et Fran.; Occurrit β) Occurro v corr. aut 2 y [Bamberg. 2 Gronou. Montepessul. uar. Reginens. Zulichem.] Bentl. 'rides, cum in me uides culpam aut tonsoris aut nestiarii' Porph.' subuca A pexae φ 96 Trito E 1 aut pr. dissid& δ 1; recte δ 2 d impar E (v et β) impar celt.™ § (et π' Fran.) Rufinianus florileg. Nostradam.; defic. ε 97 quod E 2 Vincentius opp. florileg. Nostradam. qui A compugnat λ; recte l sententia λ mecum δ' 1 (v g) y Vincentius secum celt.™ §'' (v uar.) florileg. Nostradam.; defic. ε; cf. Ouid. met. XV 27: 'pugnatque diu sententia secum' 98 petit A 99 Estuat γ

diruit, aedificat, mutat quadrata rotundis? 100
 insanire putas sollemnia me neque rides,
 nec medici credis nec curatoris egere
 a praetore dati, rerum tutela mearum
 cum sis et prae sectum stomacheris ob unguem
 de te pendentis, te respicientis amici. 105
 ad summam, sapiens uno minor est Ioue, diues,
 liber, honoratus, pulcher, rex denique regum,
 praecipue sanus, nisi cum pituita *molestast.

TESTIMONIA.

100 Hildebertus moral. philos. p. 980 'diruit edificat' Wernherus de Elmendorf. 831 [German. antiqu. ann. VIII 307 H.] 103 cf. uita Benedicti abbatis Clusensis c. 8 [Pertz. XIII = XII 202]: 'rerum tutela nostrarum' 106—108 florileg. Nostradam. 106 cf. Ouidius metam. XV 858 de Augusto: 'sic et Saturnus minor est Ioue'

VARIA LECTIO.

100 edificat γ motat E muttat λ rotundis $A E$ (rotundis β)
 u. 101 del. *Lehrsius mus. Rhen.* XVII 489 101 putas $A' E$
 $\gamma \delta'$ ($\sigma g l r v$ et $\beta 2 \pi 2$ *Fran. Lips.*) *Pph.' schol.* Γ gloss. Γ putat
 $F \lambda 1$ aut *pr.* (v *pr.* aut $1 v$ *uar.* et $\beta 1 \pi 1$) sollemnia $E \gamma$ (v
 σ *pr.* a r) *Pph.'* sollemnia $A \delta'$ sollempnia $F \lambda'$ 102 aegere δ'
INDE A V. 103 — I 18, 46 *DEFICIT* *cod. d;* $\Omega'' = A' (A a)$
 $E \gamma F \lambda' (\lambda l) \delta;$ $\xi'' =$ aut omnes *codd.* $\beta' (\beta$ *Fran.) v \pi' (\pi* *Lips.)*
 $\sigma g r v (a l)$ aut horum *codd.* ea pars ex quibus non aliae lectiones
 notantur; $\xi =$ aut *omn. codd.* $v \sigma g r v (a l)$ aut horum *codd.*
 ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur 103 pretore $\gamma \delta$
 dato $\delta 1$ 104 Cum sis. et . . . stomacheris $\gamma \omega$ praeuae $A' \delta$
 sectum *om.* δ *pr.* sed tū A' 105 te suspicientis *N. Heinsius*
et Bentleius, sed cf. [Caes.] bell. Afr. c. 85: 'ducemque aliquem requirerent, quem respicerent, cuius auctoritate imperioque rem gererent'
 106 Adsumas $\delta 1,$ recte $\delta 2$ sapiens δ 107 *DENVŌ*
INCIPIT $\varepsilon;$ $\Omega'' = A' (A a) E \gamma F \lambda' (\lambda l) \delta \varepsilon$ honoratus pulcher]
 pulcher honoratus *florileg. Nostradam.* pulcher^h $\varepsilon,$ *h fort. ab alt.*
m. diniq; E 108 Praecipue $A \psi \lambda' \delta \varepsilon$ saniis $\delta 1$ cum] dum
 y *opp. Pph.'* molesta est $\Omega'' \xi''$ *Pph.' florileg. Nostradam.* molesta,
om. est y [Parisin. 8216]

II

Troiani belli scriptorem, Maxime Lolli,
 dum tu declamas Romae, Praeneste relegi:
 qui quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
 planius ac melius Chrysippe et Crantore dicit.
 cur ita crediderim, nisi quid te distinet, audi. 5
 fabula, qua Paridis propter narratur amorem

TESTIMONIA.

I 2. 1—16 exceptis u. 5 et 'Nestor — utrumque' Ioannes Saresberiensis polocrat. 7, 9 1—4 cf. Ioannes Saresber. metalog. 1, 22: 'gloriatu Horatius se uirtutis causa relegisse Homerum, qui quid sit — dicit' 1 cf. Ausonius periocha 1 in Iliadem: 'si Homerum scriptorem Troici belli eatenus, qua Iliadem suam incipit quaque finit, percenseamus . . . ' 2 'dum tu (te Porph.) declamas Romae' Porph. ad u. 64 3 sq. cf. Ioannes Victoriensis 5, 3 p. 393 B.: 'sicut Oratius de Homero dicit: qui — dicit' 3 cf. ebas. captiu. u. 717: 'nouit quid pulcrum, quid turpe, quid utile, falsum' uita Heinrici III. c. 2 [Pertz. XIII = XII 272]: ' . . . quid honestum, quid turpe, quid utile, quid non . . . '

VARIA LECTIO.

u. 2 omis. B 2 plumas Ω' ζ'' tractat. *Vindobon.* Petrus Cluniacens. pennas γ [Bentlei Regius] natum ex gloss. Γ; gloss. Γ: 'inducere plumas] id est inponere pennas . . .' formas coni. *Bisciola ac Bentleius* partes *Apitzius*, sed uide *Spengelium philol.* XVIII 94 sq. et *Prudentium contra Symmachum* II 57: 'desine, si pudor est, gentilis ineptia, tandem res incorporeas simulatis fingere membris: desine terga hominis plumis obducere: frustra fertur auis mulier magnusque eadem dea uultur' 3 conlatis BCF λ pr. aut 1 δ (τ a et π) collatis γ u λ corr. 1 aut 2 ζ' (et Lips.) tractat. *Vind.* collectis v y membris λ u (τ r v) membris cett. ζ'' ulpī δ ut] aut *Sanadonum atrum]* hirtum *Goerlitzius opp. tract. Vind.* 3 sq. atrum . . . piscem] atram . . . pristinum coni. *Gronou. patet et N. Heinsius opp. tractat. Vindobon.* 4 piscem Ω' ζ'' pristinum γ [cod. *Hellerianus*] natum ex gloss.; gloss. Γ: 'in piscem] id est beluam marinam hoc est in pistricem' supernae BC δ 1 5 missi BC admissi cett. ζ' (cons. Lips.) ammissi γ [π] teneatis? amici, credite, *disting. Marklandus opp. Porph. Acr.* 6 pisonis F δ 1 (τ pr. l 1 et π) pissonis λ 7 cui λ uelud u aegri CF λ' δ (v σ r τ 2 et 3 *Bland.*) egrī γ u (v p. ras. cons. β' π τ 1) tract. *Vind.* aegris B (a a. ras. et 1 *Bland.*) egris v a. ras. γ [*Montepessulan.*] et 'egrotantibus' et 'egri' gloss. Γ in confusa annotatione; cf. *Persius* s. 3, 83: 'aegroti ueteris meditantibus somnia' somnia u 8 Fingenter δ 1 Funguntur B Finguntur ψ corr. (v uar.) γ tractat. *Vindobon.* Fingentur cett. ζ' (et π; *Fringent Lips.*) species γ u

reddatur formae. ‘pictoribus atque poetis
quidlibet audendi semper fuit aequa potestas’. 10
scimus, et hanc ueniam petimusque damusque uicissim;
sed non ut placidis coeant inmitia, non ut
serpentes auibus geminentur, tigribus agni.
inceptis grauibus plerumque et magna professis
purpureus, late qui splendeat, unus et alter 15
adsuitur pannus, cum lucus et ara Dianae
et properantis aquae per amoenos ambitus agros
aut flumen Rhenum aut pluuius describitur arcus;
sed nunc non erat his locus. et fortasse cupressum
scis simulare: quid hoc, si fractis enatat expes 20

TESTIMONIA.

9 sq. ‘pictoribus — potestas’ Venantius Fortunatus V 4 p. 170 florileg. Nostradam. cf. Lucian. imag. 18: ‘παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀνευ-
θύνουσι εἶναι καὶ ποιητὰς καὶ γραφέας’ 11 ‘ueniam’ et 13 ‘gemi-
nentur’ incerti exc. arg. gr. § 26 p. 207 Eichenf. et Endl. 15 sq. ‘pur-
pureus — pannus’ Seruius ad Aen. X 653 florileg. Nostradam. Caesarius
vita s. Engelberti ed. Boehm. II p. 295 cf. Apollin. Sidonius epist. post
c. 22: ‘ut lyricus Flaccus in artis poeticae uolumine praecipit, multis
isdemque purpureis locorum communium pannis semel inchoatas materias
decenter extendit’ 18 Porph. ad c. III 4, 38 annales Stadenses a.
1224 [Pertz. XVI p. 358] 19—22 om. ‘si — pingitur’ florileg. Nostra-
dam. 20 sq. huc respexisse uideatur Persius 1, 88 sq.: ‘cantas cum
fracta te in trabe pictum ex umero portes’ 20 ‘exspes’ incerti ex-
cerpta argumenti grammatici § 26 p. 207 Eichenf. et Endlich.

VARIA LECTIO.

9 forme γ φ pictoribus — potestas] *subiectionem esse putat*
Baxterus 10 Quidlibet Ω’ ζ’ (et Lips.) flor. Nostr. Quodlibet y
[π 1] Pph. Quaelibet Venantius Fortunatus Scilicet Peerlkampus
audiendi B 12 S, C inmitia C F δ (ν τ) imitia B imitia γ
λ’ u (β’ σ r v cons. π’); a non liquet 13 tygribus F δ aeni B
15 Purpureus δ 1 16 Adsuitur B C F λ’ δ (ν a) Pph. Assui-
tur γ λ corr. u ζ’’ Pf. florileg. Nostradam. diane ψ 17 et]
Aut σ amēnos u 18 rhenum γ B C δ λ’ 2 ζ’ (et Lips.) Porph.
ad c. III 4, 38 ^hrenum λ (l 2) Pf. renum F λ’ (et π) rheni u y reni v y
Albertus rhenus y [Sorbonens.]. ‘non dixit genere masculino Rhenus, sed
neutro hoc Rhenum . . .’ Porph. ad h. u. cons. Acr. item genus neu-
trum testatur Porph. ad c. III 4, 38 aut fluuius F 1 λ’ 1 δ 1 (τ pr. et π)
Porph. ad c. III 4, 38 aut pluuius cett. F 2 λ’ 2 ζ’ (et Lips.) Porf. ad
c. III 4, 38 19 Sed Ω’ ζ’’ ū nē B nec non flor. Nostr. 20 simili-
lare B y simulare cett. ζ’’ Pph. Diomed. tractat. Vindob. flor. Nostr.
quid hoc, si, ut fractis innatet expes nauibus, aere dato quis pin-

nauibus, acre dato qui pingitur? amphora coepit
institui: currente rota cur urceus exit?

denique sit quiduis simplex dumtaxat et unum.

maxima pars uatum, pater et iuuenes patre digni,

decipimur specie recti: breuis esse laboro,

25

obscurus fio; sectantem leuia nerui

TESTIMONIA.

21 sq. 'amphora — exit?' Hieronym. ep. ad Marcellam 27, 3 flor. Paris. 8069 floril. Cusanum C. 14. annales s. Disibodi a. 1090 [Pertz. XVII p. 12] chronic. a. 1150 [Pertz. VIII p. 246] cf. Hieronymus epist. 107 ad Lactam 3: 'paene lapsus sum ad aliam materiam et currente rota, dum urceum facere cogito, amphoram finxit manus'. Apollinaris Sidonius epist. VIII 16: 'secundum regulas Flacci ubi amphora coepit institui urceus potius exsise uideatur'. Regino Prumiensis de harmonica institutione 17 [I p. 244 Gerbert.]: 'currente rota amphora cepit institui: cur urceus exit?' 23 cf. cebasis captiui uu. 719 sq. 'fiat uelle tuum, simplex dumtaxat et unum, sit fixum quod uis, sit uiuax gratia nobis' uu. 25—31 florileg. Nostradam. 25 sq. 'cui contraria est ea, qua fit ex uicino transitus ad diuersa ut similia: breuis esse laboro, obscurus fio et quae secuntur' Quintil. VIII 3, 65 idemque VIII 3, 82: 'βραχυλογία male imitantes sequitur obscuritas' cf. Ausonius epist. 19 post u. 10 p. 267 Bipont.: 'incundissimum poema . . . in epitomen coegisti tanta elegantia, solus ut mihi uideare assecutus, quod contra rerum naturam est, breuitas ut obscura non esset'

VARIA LECTIO.

gitur *Peerlkampus* quid] qđ = quod C expes B C λ δ i u pr. (σ et π Lips. 2) tractat. *Vindobon.* expes γ u corr. δ 2 (ν τ 2 v et β) expers F δ 1 ut uid. λ uar. (τ 1 ut uid. l r 1 et π Fran. 1) a non liqu. (expres Lips. 1) 21 pinguitur ψ (r 1 ut uid.) y Anfora flor. *Cus.* cepit u cepit F 22 non post institui, sed post rota interpung. y ω [Lips. 1498] *Doederlinus opp. florileg. Cusan.* uu. 23—31 del. *Gruppeus* 23 sit] omis. B quiduis *Bentl.* quid uis ψ corr. (r 2 in marg.) quod uis γ B C F λ' u (β' ν σ r 1 ut uid. v) quoduis δ (π' τ a r 2) dumtaxat B dumtaxat uel dum taxat *cett.* tractat. *Vindobon.* item *inscript. acui Augustani* [Orell. 6428] *Traiani* [Orell. 6857] *Deciani* [Orell. 5534] 25 specie (spetie γ u) recti Ω' ε'' tractat. *Vindob. flor. Nostr.* recti specie τ 26 leuia Ω' ε'' *Porph.' Acr. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* lenia y [2 *codd. Parisini* (?) *cod. Achillis Stati*] *Bentleius Peerlkampus Stallbaumius alii; ceterum ipse Bentleius in curis nouissimis rursus praetulit leuia, quod rectissime interpretatur Ramler* [*Dichtkunst des Horaz*² p. 19]: 'ein Autor, der zu sehr feilt, zu sehr poliert, nützt sein Werk ab und benimmt ihm die Nerven' cf. *epist.* II 1, 51: 'leuiter] ^vleniter' v et *Iacobi disputationem de usu uocabulorum leuis et lenis apud poetas Latinos, Numburg. 1836 p. 17*

deficiunt animique; professus grandia turget;
 serpit humi tutus nimium timidusque procellac;
 qui uariare cupit rem prodigialiter unam,
 delphinum siluis adpingit, fluctibus aprum. 30
 in uitium ducit culpae fuga, si caret arte.
 Aemilium circa ludum faber imus et unguis
 exprimet et mollis imitabitur aere capillos,
 infelix operis summa, quia ponere totum
 nesciet: hunc ego me, siquid componere curem, 35
 non magis esse uelim, quam naso uiuere prauo,

TESTIMONIA.

30 cf. uita Benedicti abbatis Clusensis prolog. [Pertz. XIII = XII p. 197]: 'sed ne iam uidear delphinum siluis appingere, fluctibus aprum' 32—37 Ioannes Saresberiensis polier. prolog. l. VI 32 'Aemilium ludum' et 35 'hunc' incerti exc. arg. gr. § 51 p. 210 Eichenf. et Endl. 33 'et — capillos' Seruius ad Aen. VI 848

VARIA LECTIO.

27 ^{ur} //get λ; turget l turget τ 28 tutus r y cautus *Peerlkampus opp.* Ω' ε'' tractat. *Vindobon. florileg. Nostradam.* timusq; C
 29 unam Ω' ε'' *Pph.' tractat. Vindobon. florileg. Nostradam.* una *Praedicovius* 30 Delfinū F Delfianū B adpingit γ F λ' δ (ν a v et π) tractat. *Vindobon.* appingit C u ε' (et *Lips.*) *florileg. Nostrad.*
 appingit B u. 31 dcl. *Ribbeckius* 31 In uitium γ culpe ducit u y ducit culpae *cett.* ε'' *cons. flor. Nostr.* 32 Aemeliū C Aemi//lium λ *fabrum Cuninghamus* imus δ imus *cett.* *Pph. Porph. Acr. tractat. Vindobon.* 'his demonstrat aerarium fuisse fabrum imum (Vnus *Porf.*) hoc est in angulo ludi tabernam habentem' *Porph.* unus r 1 ut uid. (sed cf. *uar. lect. u.* 152) y [3 *codd. Bentlei* 6 *Faeae aliquot Marcilii et Valartii*] Pf. *Ioannes Saresberiensis Bentleius* (faber, unus *Bentl.*) cum plerisque qui post cum *Hor. ediderunt: at nolim Horatio intra decem uersus uocabulum unus ter imputare; imum contrarium esse existimo summo siue optimo; inritus Horkelius fabri manus Peerlkampus unguis γ 1 B (π' a cons. r) ungues cett.* ε'' u. 33 omis. τ 1 aut pr., add. ab altera manu in marg. τ 33 mollis γ 1 B C λ' δ (π' a) y molles F u γ 2 ε' aere] arte *Wernsdorfius ad Lucil. Aetn.* 589 post u. 33 uersum excidisse putat *Lehrsius*
 34 operis, summa, interp. *Bentl.* suma δ 1 quia] q B 35 Nescit B Nescit¹ & C Nesciet *cett.* ε' Nesciat β' 1 σ pr. ^{hunc} // // λ egomet F a. ras. δ 1 (τ r 1 v) componere F λ u (ν r et β) componere *cett.* ε' (et *Fran.*) cure B 36 naso uiuere p: Ω' ε'' *Io. Saresber. prauo uiuere naso γ ω p//rauo λ prauo δ prauo cett.* ε' (et *Lips.*) *Io. Sar.*

spectandum nigris oculis nigroque capillo.
 sumite materiam uestris, qui scribitis, aequam
 uiribus et uersate diu, quid ferre recusent,
 quid ualeant umeri. cui lecta potenter erit res, 40
 nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo.
 ordinis haec uirtus erit et uenus, aut ego fallor,
 ut iam nunc dicat iam nunc debentia dici,
 pleraque differat et praesens in tempus omittat;

TESTIMONIA.

38—41 florileg. Nostradam. Reineri de ineptiis cuiusdam idiotae libellus 2 [mon. Germ. SS. XX p. 601] 38—40 'sumite — humeri' Reineri uita Enracli prol. [mon. Germ. SS. XX p. 562] 38 sq. tractat. Vindobonensis ad u. 189: 'dixit superius, ut quisquis sumat materiam suis uiribus aequam'. 309: 'dixit enim superius: sumite materiam et cet.' 39 sq. cf. uita Benedicti Clusensis l. c.: 'ego solus noui, mei quid ualeant humeri, quid ferre recusent' 42 'ordinis — uenus' Porph.' ad c. I 30, 7 42 'uenus' incerti excerpta arg. gr. § 51 p. 210 Eichenf. et Endl. 43 sq. Scruius ad Aen. prooem. 43 Willelmus uita s. Thomae [Giles. II p. 316]: 'nec artificialiter iuxta poetam: nunc iam dicam nunc iam debentia dici'

VARIA LECTIO.

prauo *l y* paruo *v i* uar. *y* [π *1* aut *pr.*] torto *y* [*Bruxell.*; *Basil.* 1 gloss. pro interpretat.] 37 Spectatum *y* nigroue *B C* nigroque cett.' ζ'' *Acr.* post *u.* 37 uersus 136—152 ponit *Lehrsius* 38 materiam] $\text{I}\bar{\alpha}$ $\text{m}\bar{r}$ *B* opp. tractat. Vindobon. ad h. u. et ad uu. 189 et 308 flor. Nostr. 40 Quid δ umeri *a* humeri δ humeri cett.' ζ'' florileg. Nostradam. potenter Ω' ζ'' *Pph.* *Porph.* *Acr.* tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Rainerus, huc respexit Cassiodorius de diu. lect. 5: 'secundus liber Salomonis . . . a beato Hieronymo potenter expositus est' pudenter *y* [*1* cod. *Combei*] *Marklandus*; potenter = κατὰ τὸ δυνατόν 41 facunda *B* deseret Ω' ζ' (et π) deserit ν σ τ *pr.* (et *Lips.*) flor. Nostr. licid δ *1* 42 Ordines γ *pr.* et] omis. δ *1* aut γ δ *p. ras.* ($\beta' \nu$ $\pi' \sigma$ τ *a*) *Pph.* *Acr.* tractat. Vindobon. haut *C* ψ (*v*) haud *B* φ δ *1* *u* (*r* *1*) hau^d λ ^h aud *l* ut uid.; Ouid. metam. I 607: 'aut ego fallor' 43 ut] Aut *F* λ *1* δ *1* (π' *1* τ *1* *r* *1* et *Fran.* *1*) opp. tract. Vind. iamnōdicat *y* non debentia *y* [*Sorb. p. ras.*] ω *Peerlkampus* dici] $\text{d}\bar{\text{t}}$ = dicit *B* post dicat interpunxit *Benll.*; plerique cum *Lambino* post dici distinguunt; codd. uariant: cf. *Pers.* s. 5, 109 sq.: 'es modicus uoti? presso lare? dulcis amicus? iam nunc astringas, iam nunc granaria laxes?'

† quē
 44 Pleraq; *B* reliqua *Schneidewinus philol.* X 362 presens γ φ tempore δ *2*, δ *1* recte

hoc amet, hoc spernat promissi carminis auctor. 45
 in uerbis etiam tenuis cautusque serendis
 dixeris egregie, notum si callida uerbum
 reddiderit iunctura *nouom. si forte *necessesit,
 indicium monstrare recentibus abdita rerum,
 fingere cinctutis non exaudita Cethegis 50
 continget dabiturque licentia sumpta pudenter.
 et noua fictaque nuper habebunt uerba fidem, si
 Graeco fonte cadent parce detorta. quid autem
 Caecilio Plautoque dabit Romanus ademptum
 Vergilio Variouque? ego cur, adquirere pauca 55

TESTIMONIA.

45 Seruius ad georg. II 475 ad Aen. IIII 412. 415 uu. 47—51
 florileg. Nostradam. 47 sq. 'dixeris — nouum' Priscianus instit.
 XVIII 12, 101 historia pontificalis 12 [mon. Germ. SS. XX 526]
 cf. Persius s. 5, 14: 'uerba togae sequeris iunctura callidus acri'
 50 schol. Lucan. II 543. glossarium Mai [classic. auct. VIII 130]
 'cinctutis' incerti exc. gramm. § 51 p. 210 Eichenf. et Endl. 52 sq.
 'et — detorta' Seruius uolgatus ad Aen. IIII 34 55 sq. 'ego — in-
 uideor' Priscianus instit. XVIII 18, 138

VARIA LECTIO.

u. 45 post u. 46 ponunt Bentleius et post hunc plerique, repu-
 gnante Spengelio philol. XVIII 96 et opp. Acr. tractat. Vindobon.;
 Horatio abiudicat u. 45 Hammersteinius 45 spernet B C spernat
 cett.' ζ'' sperat r 1 47 Dixerit B opp. tract. Vind. egregie C
 48 nouum $\Omega' \zeta'' \tau$ in ras. necesse, om. est a necesse e $\tilde{\epsilon} \sigma$
 49 Iuditiis u monstrare $\Omega' \zeta''$ tract. Vind. flor. Nostr. formare
 Pf. forma Pph. rerum B C (a 1 ut uid.) y [Mellic. 1 Zulich. aliū]
 flor. Nostr. rerum et $\gamma F \lambda' \delta u \zeta''$ (et omn. Cruqu.) tract. Vind.
 50 cinctutis λ pr. u Pf. non] nos B post Cethegis duo
 puncta ponit Lambinus 51 prudent $\delta 1$ ($\nu 1 \nu$) 52 factaque y
 [G. Fabricii codd.] Bentleius opp. $\Omega' \zeta''$ Pph.' Acr. tractat. Vind.
 post u. 52 uersum excidisse putat Lehrsius 53 Graeco B Pph.' Greco
 cett.' cadant $\gamma C 2$ ($\nu a r$ et β) Pf. gloss. I' Seru. cadent cett. ($\pi' \sigma$
 $\tau \nu$ et Fran. omn. Bland.) Pph. Acr. interpr.: 'si . . . translata fue-
 rint' tractat. Vindobon. Bentleius cadunt y parce] \uparrow^e arte B
 autem? interp. Ribbeckius 54 Cecilio F $\lambda' \delta u$ dabit $\Omega' \zeta''$ (et
 omn. codd. Cr.) tract. Vind. dabat y dedit y 'dabit] p dedit . . .'
 gloss. I' adeptum B C 55 Vergilio γ Vigilio C Virgilio cett.' ζ''
 uario $\gamma B C$ ($\pi' a r 1$ ut uid.) Acr. tract. Vind. uaro cett.' ζ' ad-
 quirere $\Omega' \zeta'$ Pph.' Priscian. acquirere τ (et Fran.) acquirere σ

si possum, inuideor, cum lingua Catonis et Enni
 sermonem patrium ditauerit et noua rerum
 nomina protulerit? licuit semperque licebit
 signatum praesente nota producere nomen.
 ut siluae foliis pronos mutantur in annos,
 prima cadunt: ita uerborum uetus interit aetas,
 et iuuenum ritu florent modo nata uigentque.

60

TESTIMONIA.

56 'ut in arte poetica: inuideor (φ) θ ovov μ ai' schol. Γ epist. I 5, 21. 'inuideor' Pseudoaugustinus de grammatica c. 15 58—63: 'Licuit — nostraque' flor. Nostr. 60—62 Diomedes p. 400 K. 'Valerius . . . Horatium dixisse ait: ut siluae flores pronos mutantur in annos et prima cadunt, ita uerborum uetus interit (. . . rat' cod.) aetas, et noua iuuenum ritu florent modo nata uigentque (motat audentq; cod.) et rel.' excerpt. ex comm. in Donat. uol. V p. 326 K. ex cod. Lauantino saec. VIII 60 sq. cf. Hieronymus praefat. ad II. libr. Osee [Vallars. VI p. 54]: 'postquam autem reuersa fuerit terra in terram suam et tam nos qui scribimus, quam eos qui de nobis iudicant, pallida mors [Hor. c. I 4, 13] subtraxerit et alia uenerit generatio primisque foliis uirens silua succreuerit, tunc sine nominum dignitate sola iudicantur ingenia'

62 cf. Terentius Scaurus apud Gainfredum p. 19 [class. auct. ed. Mai. V p. 150]: 'postrema aetas mundi ut disciplinam pristini saeculi, ita et sermonem fastidire coepit et noua parere uerba, quae iuuenum ritu florent et uigent'

VARIA LECTIO.

56 possum Ω' ζ'' Pph. Acr. Prisc. possim y enni $F \lambda' u$
 hennij δ 57 & noua δ 58 pretulerit γ protulerit cett. ζ''
 59 presente u producere Ω' ζ'' (et om. Cruqu.) gloss. Γ florileg.
 Nostr. (c in ras. r) procedere y [codd. Lambini, Statti, de Nores,
 Luisini (?) Bentleius nomen Ω' ζ'' tractat. Vindobon. florileg.
 Nostradam. nummum Luisinus Bentleius, sed cf. Iuuenal. s. 7, 55:
 'communi feriat carmen triuiale moueta' 60 ut siluae e foliis, pro-
 nos nutant ubi in annos, Mæhlyus silue folis B folia in siluis Dio-
 medes opp. Ω' ζ'' tractat. Vindobon. foliis silue flor. Nostr. siluae
 flores Valerius siluis folia Bentleius at cf. Meinek. praefat. p. XXXXI
 pronos] priuos Bentleius per nos floril. Nostrad. pr: mut:]
 si commutantur Hamacherus noua progignuntur uel progenerantur
 Prinzius motantur C imitantur u mutantur cett. ζ'' tractat. Vin-
 dobon. florileg. Nostradam. uiduantur y [Montepessul. uar.] con.
 Bentleius nudantur y [1 cod. Fabricii] con. Bentleius 61 Prima
 Ω' ζ'' tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. priua Bouhierus prisca
 Praedicovius prona Hamacherus poma Helbigius aetas] usus y
 [Gothanus tertius Nostradam.]. 62 uigent Ω' ζ'' Terent. Scaurus

debemur morti nos nostraque: siue receptus
 terra Neptunus classes Aquilonibus arcet,
 regis opus sterilisue *palus diu aptaque remis
 uicinas urbes alit et graue sentit aratrum,
 seu cursum mutauit iniquom frugibus annis,

65

TESTIMONIA.

63—65 Priscianus instit. VI 16, 83 63 'debemur — nostraque'
 Seruius ad Aen. VIII 96 florilegium Parisin. 8818^a Hildebertus moral.
 philos. p. 971 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67. uita Adal-
 beronis c. 11 [Pertz. XIII = XII p. 134] 63 sq. 'receptus — arcet'
 Quintilianus instit. VIII 6, 23 65 'Horatius corripuit, ut: sterilisque
 diu palus aptaque remis' Sernius ad Aen. VI 107. 'sterilisque — remis'
 idem ad Aen. II 69 et Seruius Honoratus de finalibus 6 p. 452 K.

VARIA LECTIO.

*tractat. Vindobon. flor. Nostr. uirent y [Montepessul. uar. 1 Vatic.]
 Bentl. 63 d: m:] mutamur formam Peerlkampus Debemur y C
 F l' δ u ζ'' Pph. Acr. tractat. Vindobon. florileg. Paris. 8818^a et
 Nostradam. Prisciani codex optimus (R) uita Adalberonis Debemus
 B (τ ι) Pf. Prisciani codd. plerique Seruii cod. Reginensis Vincen-
 tius Debemus τ Debentur Hildebertus; expressum ex Simonid. fragm. 122
 ed. Bergk. ³ p. 1159: 'θανάτω πάντες ὀφειλόμεθα' Ouid. metam.
 X 32: 'omnia debemur uobis (sc. dis inferis)' 64 classes Ω' ζ''
 65 Regis opus Ω' ζ'' Acr. tractat. Vindobon. regium opus Mei-
 nekus; Ouid. fast. VI 259: 'regis opus placidi quo non metuen-
 tius ullum etc.' Auson. Mosell. 287—90: 'quis modo Sestiacum pe-
 lagus, Nephelidos Helles aequor, Abydeni freta quis miretur ephebi?
 quis Chalcedonio constratum ab litore pontum, regis opus magni?'
 Acr.: 'Nam regis opus est admittere terrae mare, paludes deriuare
 in terra (intra γ ν); portus significat autem Lucrinum portum et alios
 qui manufacti sunt ab Augusto et alia regum opera; hoc est regium
 opus quod nullus facere potest nisi rex' sterilisque δ (ν τ α υ et π)
 Acr. ut uid. tractat. Vindobon. Bentl. sterelisque γ sterilisque B C F
 λ u (β' σ ι ut uid. r ι et Lips.) Pph. Priscianus Seruius Honoratus et
 Seruius ad Aen. sterelisque l Pf. diu palus Ω' ζ'' Pf. Seruii cons.
 Pph. ('diu paulus' Pph.) testatur Priscianus palus diu I. M. Gesne-
 rus prob. Lachmann. mus. Rhen. III 614 et ad Lucret. p. 196 et
 L. Müller. de re metr. p. 308; in τ diu supra u. scriptum est;
 palus prius Bentleius palus aptataque Marcilius palus dudum acta-
 que Cuninghamus palus agitataque idem palus pulsataque Marklan-
 dus palus olim Peerlkampus apta Ω' ζ'' acta y [1 cod. Feae]
 67 motauit C opp. Pph. iniquom C omis. B iniquum cell. ζ''
 Pph. iniquum y [Bamb.] annis u arnus y [Doruill.]*

doctus iter melius; mortalia facta peribunt:
 nedum sermonum stet honos et gratia uiuax.
 multa renascentur quae iam cecidere, cadentque 70
 quae nunc sunt in honore uocabula, si uolet usus,
 quem penes *arbitriumst et ius et norma loquendi.
 res gestae regumque ducumque et tristia bella
 quo scribi possent numero, monstrauit Homerus.
 uersibus impariter iunctis querimonia primum, 75
 post etiam *inclusast uolī sententia compos;

TESTIMONIA.

68 '... de fluuio: doctus iter melius' Porph.' ad epist. I 14, 30

68—72: 'Mortalia — loquendi' florileg. Nostradam. 'mortalia

facta peribunt' florilegium Paris. 8818^a Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 69 cf. ecbasis captiui n. 720: '... sit uiuax gratia nobis' 70—72 Ioannes Saresberiensis metalog. I 16. III 3

72 Ioannes Saresberiensis metalog. III 4 73 sq. Marius Victorinus

I 12, 5 p. 66 Gaisf., Ioannes Victoriensis p. 273 B. 75 sq. Marius

Plotius III 45 p. 258 Gaisf. Charisius p. 202 K.: 'Horatius (Persius

cod. Neapol.) epistolarum: uersibus impariter iunctis' 'impariter...

aduerbium... figurauit' Q. Terentius Scaurus in commentariis in artem poeticam lib. X apud Charis. I. 1.

VARIA LECTIO.

68 inter *C* facta Ω' ζ' (β in ras.) *Acr. tract. Vind. flor. Nostr.* cuncta *y* [*Galeanus*] *Bentl.* 69 gracia λ 70 que iam ψ cadentq, *C* 71 nunc sunt] sunt nunc *flor. Nostr.* uocula *B* si Ω' ζ'' *tractat. Vindobon. florileg. Nostr. corr.* (sed *pr.*) sic *y* 72 arbitrum *malc con. Wakefieldus: arbitrium et ius diuersa sunt apud*

est

iurisconsultos arbitrium *u* arbitrium est *cett: ζ''* ius Ω' ζ'' (et *omn. codd. Cruqu.*) *Acr. florileg. Nostradam. Ioannes Saresber. ter; uis τ, r non liquet* Inter *uu.* 72 et 73 in λ *minio picta extant haec uerba (a Mauortio olim addita?):* INCIPIT NUNC LOQUI DE OMNIB: METRIS ≅ *y* [*Taurinens.*] *Porph.;* *ibidem in l haec reperiuntur: Incipit modo loqui de metris eorumque repertoribus; in nonnullis codicibus u.* 73 *R maiore littera adpicta est* 73 geste regum ducumq. *y*

74 possint numero scribi *Ioann. Victoriens. possent scribi v*

75 INCIPIT *cod. ε: Ω' = γ B C F λ' (λ l) δ ε u; ζ'' = aut omnes codd. β' (β Fran.) v π' (π Lips.) σ τ a r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur; ζ = aut omnes codd. v σ τ a r v aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur* 75 impariter *C F λ δ ε u (v τ r) Pph.* ipariter *B* impariter *γ (β' π' σ a l v) Pf.* querimonia *C* queremonia ψ 1 *aut pr.* quereimonia φ prima *Plotius* 76 inclusa, *om. est r 1 (et Lips. 1) inclusa*

quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
 grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est.
 Archilochum proprio rabies armauit iambo:
 hunc socci cepere pedem grandesque coturni, 80
 alternis aptum sermonibus et popularis
 uincentem strepitus et natum rebus agendis.
 Mnsa dedit fidibus diuos puerosque deorum
 et pugilem uictorem et equom certamine primum
 et iuuenum curas et libera uina referre. 85
 descriptas seruare uices operumque colores
 cur ego si nequeo ignoroque, poeta salutor?
 cur nescire pudens praue quam discere malo?

TESTIMONIA.

77 sq. Marius Plotius III 44 77 cf. Terentianus Maurus 1721:
 'pentameterum dubitant quis primus finxerit auctor, quidam non dubi-
 tant dicere Callinoum' 78 'certant — est' annales Stadenses a. 1224
 [Pertz. XVI p. 358] 'et — est' Vincentius Bellouacensis specul.
 histor. VII 67 chronic. Magni Presb. a. 1209 [Pertz. XVII p. 526]
 79—82 Porphyryon interpolatus, non codd., ad c. I 16, 2 79 nescio an
 huc respexit Apollin. Sidonius c. 9, 211: 'non laesi Archilochi feros
 iampos' 85 cf. Statius s. I 6, 41: 'non sic libera uina tunc flue-
 bant' 86 Acr. ad u. 89 88 Hieronymus contra Ruffinum lib. I c. 17
 [Vallars. II p. 473^c]: 'nec Horatium audiunt commentem: cur —
 malo' florileg. Nostradam.

VARIA LECTIO.

Ω' = $\gamma B C F \lambda'$ (λl) $\delta \varepsilon u$; ζ'' = aut omnes codd. β' (β Fran.)
 $v \pi'$ (π Lips.) $\sigma \tau a r v$ aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae
 lectiones notantur; ζ = aut omnes codd. $v \sigma \tau a r v$ aut horum
 codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur
 est $\gamma B C \varepsilon F 2 \delta 2$ ($\beta' v \sigma a 2$ et Lips. 2) gloss. Γ tractat. Vindobon.
 iuncta est u (v) y iunctis $F 1$ ut uid. $\lambda' \delta 1 u$ uar. (τ et π corr.; iunctus
 π pr.) $a 1$ non liquet compos λu compos cett. ζ'' 78 Gramatici δ
 u . 79 omis. $\lambda' 1$ add. $\lambda' 2$ 79 Archilochum $C \delta \varepsilon u \lambda' 2$
 armabit B 80 coepere γ pr. $F \lambda' \delta \varepsilon$ grandesq. omis. ε pr.
 coturni $\Omega' \zeta' Pf.$ cons. $\pi' l r$ om. Pph. 81 popularis $B C$ ($\pi' r$) Pph.
 populares cett. $\zeta' Pf.$ popularis y [Montepessulan.] 83 Musa δ
 diuus τ pr. 84 equom C equum cett. cf. 'equom' Vergil. georg.
 I 13 86 Descripta $\gamma 1$ Descriptas cett. $\zeta'' Pph.$ Acr. tractat. Vin-
 dobon. nescio an erat corrigendum discriptas cf. c. II 13, 23; gloss. γ
 interpret.: 'diuisas, distributas a me' 'descriptas seruare uices] hoc
 est ordinem per species signorum (? singulorum), quare poeta dicitur'

uersibus exponi tragicis res comica non *uolt:
 indignatur item priuatis ac prope socco 90
 dignis carminibus narrari cena Thyestae.
 singula quaeque locum teneant sortita decenter.
 interdum tamen et uocem comoedia tollit,
 iratusque Chremes tumido delitigat ore;
 et tragicus plerumque dolet sermone pedestri 95
 Teleplus et Peleus, cum pauper et exul uterque
 proicit ampullas et sesquipedalia uerba,
 si curat cor spectantis tetigisse querella.

TESTIMONIA.

90 sq. Marius Plotius IIII 8 p. 269 Gaisf. 92 florileg. Nostradam. Ioannes Saresberiensis poligr. I 4 metalog. II 19 93 Donatus ad Terent. adelph. V 3, 3 sq. 94 Hieronymus epist. 54 ad Furiam 2 [Val-lars. I p. 282^e] 97 'ut superius (su^p Barcin.): proicit (prospicit y pro hīc Barcin.) ampullas' schol. Γ epist. I 3, 14

VARIA LECTIO.

89 uersibus] uerbis *Woelfflinus* uult Ω' ζ'' 91 cena B C u caena cett.' thyestae v (et π) y thieste γ C thyreste B thiestae cett.' u. 92 del. *Prinzius et Ribbeckius* 92 decentem B y [V cum al. *Cruquiano et Vigorniensis*] tractat. *Vindobon. Bentl.* ducenti C, C 1 ducentem ut uid.; decenter cett.' ζ'' florileg. *Nostradam. Ioannes Saresber. bis* 93 cōmedia C comedia δ 1 ε u conmedia λ 94 Iratus, om. que, ε cremes γ erhemes C timido γ delitigat] dilitigat ψ pr. desaeuiet *Hieronymus* 95 ueteres editores et aliquot recentiores cum codd. quibusdam post pedestri interpungunt et tragicum intellegunt pro tragico actore uel pro scriptore tragoediarum. ita uero particula 'cum' sine uerbo posita esset; at multo melius ea cum uerbo 'proicit' iungitur et adiectiuum 'tragicus' cum *Telepho et Peleo*. sic et *Hor. s. II 5*, 91 de 'Daou comico' et *Cic. in Pison. 20*, 47 de 'tragico illo Oreste aut Athamante' locuntur ac uere poetice *Flaccus* a comoedia ad tragoediam ita transit, ut, quem forte commemorauit, *Chremeti comico tragicos illos Telephum Peleumque opponat* 96 *Thelephus F* (σ l et β *Lips.*); *Teleplus* ε sed in ε π uidetur fuisse nota scholii quod nunc euanuit; cf. u. 104: 'Telephe' et *apparat. critic. epist. I 11*, 13 aut *Peleus Bentleius* cum] nec *Prinzius* 97 Proicit Ω' ζ'' *Pph. schol. Γ (v) epist. I 3*, 14 Proicit τ *Pf.* sexquipedalia v y 98 curas u (v) y [*Basil. I a 1. m. Montepessul. Parisin. 8214. 8216. 8219 pr. Taurinens. 2 uar.*] idem con. *Peerlk.* curat cett. u uar. ζ'' *Porph. Acr. gloss. Γ tract. Vind.* cura l 1 spectantis C tetigisse] ab *alt. m. in lacuna ψ* querella C a. ras. δ ε (a et β *Fran.*

non satis est pulchra esse poemata: dulcia sunt
 et quocumque uolent animum auditoris agunt. 100
 ut ridentibus adrident, ita flentibus adsunt
 humani uultus: si uis me flere, dolendum est
 primum ipsi tibi: tunc tua me infortunia laedent,
 Telephe uel Peleu; male si mandata loqueris,

TESTIMONIA.

uu. 99—103 florileg. Nostradam. 99 Adae de Fulda musicae pars
 secunda c. 11 [III p. 353 Gerbert.] 100 Seruius [Sergius] comm. in
 Donatum p. 415 K. 101—103 'ut — tibi ipsi' Vincentius Belloua-
 censis specul. histor. VII 67 101 sq. cf. Senec. de ira II 2, 5: 'inde
 est quod adridemus ridentibus et contristat nos turba maerentium' de
 clementia II 6, 4: 'semper adridere ridentibus' 102 sq. 'si uis —
 tibi' Ioannes Saresberiensis metal. I 17 uu. 104—111: 'Male si —
 lingua' florileg. Nostradam. 104 sq. 'male — ridebo' Ioannes
 Saresberiensis metalog. I 17

VARIA LECTIO.

corr.] y [Taur. 1 Voss.] queçrella y [π] queçrela φ querila C p. ras.
 querela cett.' ε (et Lips.) 99 pulchra ε u flor. Nostr. Adam pura y
 opp. tractat. Vindobon. non improb. Bentl. uu. 100 sq. omis. τ 1,
 add. τ 2 in marg. 100 uolent γ B C ε (β' v a r et Lips.) Acr. Ser-
 uius tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. uolunt F λ' δ u (σ et π)
 uolunt v 101 adrident C F (a et π) arident cett.' ε' (et Lips.) flori-
 leg. Nostradam. adsunt F ε u (β' a r et π) florileg. Nostradam.
 assunt cett.' ε (et Lips.) adflent grammaticus anonymus bibliothecae
 Vigorniensis Bentleius opp. Acr. gloss. Γ interpr.: 'in praesto sunt; .
 praeterea iure καχοφωνίας argueretur Horatius, si scripsisset: 'flenti-
 bus adflent humani uultus; si uis me flere, dolendum est' et cf.
 u. 204: 'adspirare et adesse choris' et epist. I 17, 57 et Lucret. I 178.
 adsint uel assint y [Gronou. 2 Nostrad. Regin. 1 Taur. 2 codd. Bentlei
 Combei Feae Oberlini] ω Vincentius adflant y [codd. Marcellii (?)]
 102 uolunt C uultus cett.' ε'' florileg. Nostradam. si me uis flere
 Vincentius opp. florileg. Nostradam. me uisne dolere? Peerlkampus
 dolendum C 103 tū B C tunc cett.' ε'' Pph.' florileg. Nostra-
 dam. defendit Doederlinus epist. II p. 109 'cum' pro 'tum' Porph.
 in interpret. nunc τ pr. laedent B F (π' a) Pph.' ledent γ C δ ε
 u λ p. ras. et corr. ε' floril. Nostr. ledunt λ' loedeN τ uu. 104
 — 195 DEFICIT cod. v; ε'' = aut omnes codd. β' (β Fran.) π'
 (π Lips.) σ τ a r v (l) aut horum codd. ea pars ex quibus non aliae
 lectiones notantur; ε = aut omnes codd. σ τ a r v (l) aut horum
 codd. ea pars ex quibus non aliae lectiones notantur 104 Telefe B
 male] mala τ 1 r (et π) y opp. schol. γ tractat. Vindobon. florileg'
 requiris
 Nostradam. Ioann. Saresber. loqueris v

aut dormitabo aut ridebo. tristia maestum 105
 uultum uerba decent, iratum plena minarum,
 ludentem lasciuia, seuerum seria dictu.
 format enim natura prius nos intus ad omnem
 fortunarum habitum; iuuat aut impellit ad iram,
 aut ad humum maerore graui deducit et angit; 110
 post effert animi motus interprete lingua.
 si dicentis erunt fortunis absona dicta,
 Romani tollent equites peditesque cachinum.
 intererit multum, diuosne loquatur an heros,

TESTIMONIA.

105—117 'tristia — agelli' Hildebertus moral. philos. p. 984
 105—107 'tristia — dictum (sic)' florilegium Paris. 8069 105 sq.
 'tristia mestum uultum uerba decent' Vincentius Bellouacensis specul.
 histor. VII 67 Ioannes Victoriensis V 9 p. 411 B. 106 Conradi de
 Fabaria casus s. Galli c. 11 [Pertz. II p. 174] 'uultum uerba
 decent' florilegium Paris. 8818^a 108—111 Ioannes Saresberiensis
 metalog. I 17 113 florilegium Cusanum C 14 ex Pph. non ex Hor.
 un. 114—124 florileg. Nostradam. 114—116 'intererit —
 feruidus' Seruius interpolatus (saec. XV) ad Aen. XII 18

VARIA LECTIO.

105 dormitabo *C* tristitia γ maestum *B F* $\lambda' \delta$ (*a*) moestum γ
 mestum *cett.* ζ'' 106 uerba decent uultum *Hildebertus opp. flori-*
leg. Parisin. 8069. 8818^a *Nostradam.* laetum urbana decent *Peeri-*
kampus Voltum C Vultum cett. ζ'' *flor.* 8069. 8818^a *Nostr.*
 decent] delectent *flor.* 8069 plena *om.* δ 1 107 lasciuia ε γ
 108 pri^{us} nos λ 109 aut] atq. τ *opp. tractat. Vind. flor. Nostr.*
 impellit *C F* λ (τ) impellit *cett.* ζ'' impelit *florileg. Nostradam.*
 110 umū λ 1 maerore *B* γ moerore γ merore *cett.* ζ'' deducit]
littera e euanuit δ 111 effert γ *C* $\delta \varepsilon u F$ 2 λ 2 ($\sigma \tau$ 2 *a r v* et β 2
Fran. Lips.) Acr. gloss. I tractat. Vindobon. Ioann. Saresber. efferet
B effere *florileg. Nostrad. (om. \beta* 1) et certi *F* 1 λ' (τ 1 et π) *gloss. l:*
 's. fiunt' in τ & *C* 113 Rumani ε equites peditesque $\Omega' \zeta''$
Pph. florileg. Cusanum e. p. q. tractat. Vind. hanc formulam alias
scrio usitatam hic ut apud Plautum Poenul. II 4, 10: 'quoduis genus
ibi hominum uideas, quasi Acheruntem ueneris: equitem peditem, liber-
tinum, furem an fugitiuom uelis' non sine ioco dictam accipe. Bentlei
coniectura: 'equitesque patresque' compluribus de causis improbanda
uideatur. Porph.: 'ridebit equester ordo et plebs' cachinum ε
 chachinū λ 114 diuosne *B C* (et 2 *Bland.*) diuosne γ 1 *F* 1 $\lambda' \delta$ u
 ζ' (et 1 *Bland.*) *Pph. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Bentl.*
 diuosq. ε dauosne γ 2 *F* 2 ($\beta' \sigma \tau$ 2 v) *Seruius interpolatus et Hilde-*

maturusne senex an adhuc florente iuuenta 115
 feruidus, et matrona potens an sedula nutrix,
 mercatorne uagus cultorne uirentis agelli,
 Colchus an Assyrus, Thebis nutritus an Argis.
 aut famam sequere aut sibi conuenientia finge.
 scriptor honoratum si forte reponis Achillem, 120

TESTIMONIA.

116 cf. Auien. progn. 468: 'sique sues lentae, si lanae sedula
 nutrix' 117 cf. Ouid. fast. V 499: 'forte senex Hyrieus angusti
 cultor agelli' 120 'ponere dicit scribere, ut Horatius: scriptor
 — Achillem' schol. Pers. 1, 70 'si — Achillen' Porph. ad art.
 poet. 190

VARIA LECTIO.

bertus; 'unicuique personae actus aptandus est cum discretione, ut
 appareat, ntrum dens loquatur an quilibet uirorum fortium; et sic
 d :: : intellegendum' schol. ε Dausne loquatur herusne *Lan-*
dinus Dausne loquatur Erosne *Lambinus* diuesne loquatur an Irus
 (hirus) *Erasmus* heros *B* heros *cett.* ζ'' 115 Maturusne uel
 Maturus ne Ω' ζ'' *florileg. Nostradam.* Maturus ne *v y* maturusne
Hildebertus 116 et] an *u (v) y ω florileg. Nostradam.* *Hildeber-*
tus opp. cett. u *uar.* ζ'' potens Ω' ζ'' *tractat. Vindobon. florileg.*
Nostradam. parens *y Fea*, sed cf. *Iuuenal.* 1, 69: 'occurrit matrona
 potens' 117 Mercatorne uel Mercator ne Ω' ζ'' *florileg. Nostra-*
dam. Mercator ue *v y* mercatorne *Hildebertus* cultorne *Hildeber-*
tus opp. florileg. Nostradam. uirentis *B C ε (σ τ 2 a r v et Lips.)*
tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. uigentis *γ F λ' δ u (β' τ 1*
et π 1 Bland.) omis. Hildebertus 'floreantis feracis' gloss. Γ

118 assyrus *B (β')* asyrus λ assirius *γ C F u* asirius ε asyr^s,us δ
 agris *C* 119 sequere] si *q̄re B* conuenientia λ conuenientia φ
 119 sq. finge scriptor, *disting. ω Bentl.*, sed *superuacuum erit* 'scrip-
 ptor', si cum antecedentibus iunxeris; sin cum sequentibus, minime: quippe
 quo impediatur, quominus uocem reponere ad actorem referamus

120 honoratus. *Bouhierus* Homereum *Bentleius* Homericum *Büche-*
lerus opp. Ω' ζ'' Pph. tractat. *Vindobon. schol. Pers. florileg. No-*
stradam.; nec scholiastas *Horati* Homereum legisse, quod quidem *Bent-*
leius contendit, ex eorum uerbis apparet: hi enim non 'Homereum' sed
 praepositionem re in reponis spectantes sic interpretantur: 'reponi igitur
 id est itidem scribi; si ergo Achillem de quo semel Homerus scripsit,
 nelis scribere, debes talem facere, qualem Homerus ostendit.
 reponis id est ad imitationem Homeri scribis' schol. γ, idem alt.
 loco: 'honoratum id est illustrem, honoris plenum' uide etiam *Doeder-*
lin. epist. II p. 110 sq. achillen *F λ' Pph. opp. Pf. floril. Nostr.*

impiger, iracundus, inexorabilis, acer
 iura neget sibi nata, nihil non arroget armis.
 sit Medea ferox inuictaque, flebilis Ino,
 perfidus Ixion, Io uaga, tristis Orestes.
 siquid inexpertum scaenae committis et audes 125
 personam formare nouam, seruetur ad imum
 qualis ab incepto processerit, et sibi constet.
 difficile est proprie communia dicere; tuque
 rectius Iliacum carmen deducis in actus,
 quam si proferres ignota indictaque primus. 130
 publica materies priuati iuris erit, si
 non circa uilem patulumque moraberis orbem,
 nec uerbo uerbum curabis reddere fidus

TESTIMONIA.

122 'iura — nata' Seruius ad Aen. II 29 124 cf. Ouidius trist.
 I 5, 22: 'fecerunt furiae, tristis Oresta, tuae' 126 sq. 'hoc praeci-
 pit Horatius in arte poetica: seruetur — constet' Seruius ad Aen.
 VI 176 interpolatus (saec. XV) 126 'seruetur ad imum' ecbasis' ca-
 ptiui u. 830 uu. 128—135 florileg. Nostradam. 133 sq. 'nec

VARIA LECTIO.

121 Impiger *F* ε florileg. Nostradam. ipiger *B* Impiger *cett.* ε''
 Impier τ 122 sibi negat τ negat λ' δ (τ 1 r et Lips.) tractat.
Vind. neget *cett.* ε' flor. Nostr. nichil u adrog& *F* arroget *cett.*
 ε'' tract. *Vind.* flor. Nostr. arrogat τ 1 123 media *B* λ pr. ino,
 in in ras. λ 124 ixionia vaga *C* horrestes δ horestes ε
 125 scaenae *B C* λ' δ (σ a) scenae *cett.* ε cōmitis *C* 127 in-
 coepto δ 128 'tuque] hoc interrogatiue ait: at enim dicunt difficile
 esse communia propriis explicare uerbis' *schol. Γ*; Ribbeckius inter
 dicere et tuque haec interpolat: 'uerum quae placeant raro contingit
 fingere' proprię *B* δ a. ras. ut uid. dicere communia u pr.
 129 deducis carm̄ u carnen deducis λ carmen deducis *cett.* ε'' floril.
Nostrad. carmen diducis *y* *F*ea deduxes *Botheus* 130 quam sic
Botheus opp. etiam florileg. Nostrad. proferre sicnota λ pr. pri-
 mis *y* 131 Puplica *y* uu. 132—137 ex parte tantum liquent
 in *C* u. 132 delet *Lehrsius* 132 Nec ω opp. *Pph.* florileg.
Nostradam. orb :: ε orbem. interpungit *Doedertinus*
 133 uerbo uerbum *y B F* λ' δ ε u ε'' *Pph.* uerbum uerbo *C* (σ) *y*
Hieronymus Seruius utrobique florileg. Nostradam., praetulit *Bent-*
leius: sed haec lectio prosam sapit cf. *Boetium* (quem iam tract. *Vin-*
dobon. laudat) in *Porphyrium* I p. 46: '... ueeor ne subierim fidi

interpres, nec desilies imitator in artum,
 unde pedem proferre pudor uetet aut operis lex. 135
 nec sic incipies, ut scriptor cyclicus olim:
 'fortunam Priami cantabo et nobile bellum'.
 quid dignum tanto feret hic promissor hiatu?
 parturient montes, nascetur ridiculus mus.

TESTIMONIA.

— interpres' Seruius ad Aen. I 223. XI 1. Hieronymus epist. 57 ad Pam-
 machium 5 [Vallars. I p. 309^a], hic praemissis: 'sed et Horatius uir
 acutus et doctus hoc idem in arte poetica erudito interpreti prae-
 cipit' 134 'nec — artum' tractat. Vindobon. ad art. poet. u. 149
 138 sq. florileg. Nostradam. Vincentius Bellouacensis specul. histor.
 VII 67 138 cf. Quintilianus instit. I 5, 6: 'occurrat mihi forsitan ali-
 quis: quid hic promisso tanti operis dignum?' Petrus Cluniacensis
 epist. IIII 17 [biblioth. Cluniae. p. 829^e]: 'sed ne de his illud usitatum
 dicatur: quid — hiatu?' 139 Hieronymus aduers. Iouinianum lib. I 1
 [Vallars. II p. 238^a] Probus cath. p. 25 K. florilegium Paris. 8818^e flo-
 rilegium Cusanum C 14 Seruius ad Aen. VIII 83. uita Wolfhelmi ab-
 batis Brunwilarensis c. 11 [Pertz. XIII = XII p. 186] Gunzo Noua-

VARIA LECTIO.

interpretis culpam, cum uerbum uerbo expressum comparatumque red-
 diderim' nec minus haec altera: uerbum c (ex tractat. Vindobon.)
 uerbo y [Montepessulan.] schol. ε et tractat. Vindobon. pro inter-
 pretatione 134 disilies B dissilies C imitatur γ 1 arcum u
 (a 1 ?) artum cett.' ζ' (et π) tractat. Vind. arcum r 1 (et Lips. 1^f) flor.
 Nostrad. 135—137 inilia euauerunt in C u. 135 delet
 Lehrsus 135 pudor proferre pedem y [Sorbonens.] ferre pudor
 uetat v opp. etiam florileg. Nostradam. u. 136—152 post u. 37
 ponit Lehrsus 136 y [Montepessulan.] in marg.: '† nec uiciū
 capies quod scriptor' sic φ 2, φ 1 euauit ut] omis. γ 1
 cyclicus γ B C F λ' ε (β' a ciclycus r) tractat. Vindobon. ciclicus δ
 (π' τ v) Acr. cilicus u ciclius σ y [Reginens. pr. cons. Parisin. 8219
 Vossian. II] Cyclius praetulit Bentleius; formam κύκλιος pro κυκλι-
 κός praeter Pollianum anthol. Pal. XI 130, 1. nemo exhibet; Pol-
 lianum autem ea propter εὐφωνίαν usum esse Welckerus demonstrauit
 † regnū
 cycl. epic. p. 117 137 cantabo et] cantarat B bellum y [No-
 stradam.] 138 dignum feret hic tanto y [Valentian.] dignum feret
 tanto C dignum tanto feret cett.' ζ'' floril. Nostrad. tanto dignum y
 Petrus Cluniacensis fieret Vincentius 139 Parturient Ω' ζ'
 Pph.' Acr. tractat. Vindobon. Probus Seruius florilegia Paris. 8818^a
 Cusanum Nostradam. Vincntius uita Wolfhelmi Iohannes de Mon-
 sterolio Partuent r 1 Parturi//ent y [β] Parturiunt y [Gemblacensis
 aliique] Hieronymus Gunzo Uodalscalcus Bentleius

quanto rectius hic, qui nil molitur inepte: 140
 'dic mihi, Musa, uirum, captae pos tempora Troiae
 qui mores hominum multorum uidit et urbes'.
 non fumum ex fulgore, sed ex fumo dare lucem
 cogitat, ut speciosa dehinc miracula promat,
 Antiphaten Scyllamque et cum Cyclope Charybdim. 145
 nec reditum Diomedis ab interitu Meleagri,
 nec gemino bellum Troianum orditur ab ouo;
 semper ad euentum festinat et in medias res

TESTIMONIA

riensis (saec. X ineunte) epist. ad Augienses fratres [apud Martenium uett. scriptt. ampl. coll. I p. 298^e] Iohannes de Monsterolio [ibid. II p. 1445^e] Uodalscalcus de Eginone et Herimanno c. 16 [Pertz. XIII = XII p. 439] cf. Ioannes Saresberiensis polier. I 13: 'saepe quum parturiunt montes, procedit ridiculus mus' 'nascetur — mus' Quintilianus instit. VIII 3, 20 'ridiculus mus' ecbasis captiui u. 369 141 sq. Ausonius periocha I. libri Odysseae eodsem uersus usurpauit; Otto Frisingensis chronic. lib. I c. 26 142 schol. Γ epist. I 2, 20 Ioannes Saresberiensis polier. I 4 143 florileg. Nostradam. 147 Hieronymus epist. 10 ad Paulum [Vallars. I p. 24^a]

VARIA LECTIO.

140 Quando δ 1 nil γ B u λ' 2 ζ'' nihil λ' a. ras. δ a. ras. ε (a 1) nihi C 141 capte F p̄ capte tēpora C posttempora ε p̄ (C λ' a) uel post tempora (tempa δ) cett. ζ'' Ausonius Otto Frisingensis post menia uel moenia γ [Montepess. uar. Sorbonens. 2 codd. Feae quorum alter ab alt. m., 1 cod. Achillis Statii, 1 cod. Valarti, 1 Bentley] Bentleyus post funera γ Bentleyi dubia suspicio, post Pergama Cuninghamus; cf. c. I 28, 11 sq.: 'quamuis clipeo Troiana refixo tempora testatus' Ouid. metam. XI 757 sq.: 'Priamusque nouissima Troiae tempora sortitus' VIII 365 sq.: 'forsitan et Pylus citra Troiana perisset tempora' et uide interpretes ad Vellei. Paterc. I 3, 2: 'Iliaca componentes tempora' 142 qui] q̄s B uid& C 1 143 s, C 144 Cogitat ε spetiosa F speciosa δ 145 Antiphaten γ F λ δ (β' σ τ r et Lips.) Antipathen B (a) Antiphathen C Antipaten ε Antiphatem u (v) tractat. Vindobon. scillam Cδu schillam γ Circam coni. Bentley. quo nihil κακοφωνότερον et opp. tract. Vind. cum] omis. δ 1 ε 1 (τ) c̄ B cyclope γ C u charibdim B C ψ φ corr. λ ε (a) caribdim φ pr. δ u (τ l r 1 v) caribdin γ y cf. epist. I 17, 60: 'Osirim' 147 Et gemino Hieronymus † troianum orditur † troiae sortitur λ' ouo] in ras. δ (heuo = aeuo π 1) 148 Senp λ adeuentū δ

non secus ac notas auditorem rapit et quae
desperat tractata nitescere posse, relinquit, 150
atque ita mentitur, sic ueris falsa remiscet,
primo ne medium, medio ne discrepet imum.
tu quid ego et populus mecum desideret audi.
si plosoris eges aulaea manentis et usque
sessuri, donec cantor 'uos plaudite' dicat, 155
aetatis cuiusque notandi sunt tibi mores,
mobilibusque decor naturis dandus et annis.
reddere qui uoces iam scit puer et pede certo
signat humi, gestit paribus concludere et iram

TESTIMONIA.

151 sq. ecbasis captiui 482 sq. 'Sic ueris — imum' florileg. Nostradam. 151 cf. Senec. Hercul. fur. 1075: 'ueris miscens falsa'

152 cf. Willelmus uita s. Thomae: 'ne primum medio, medium nec discrepet imo' uu. 158—176: 'Reddere — adimunt' floril. Nostradam. 158—174 Hildebertus moral. philos. p. 982 158—165 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 158 sq. 'reddere — humum' schol. Statii Theb. III 257 p. 131

VARIA LECTIO.

u. 149 omis. *y* [Taurinens. 1] 149 Nec ^{on} u Non cett.' ζ'' Haut
y auditas, ad marg. ac notas u 150 tracta B imum] unū
B (r 1) *y* 153 q/d ε 154 si fautoris eges conī. Bentleius spectato-
toris eges Meinekius plosoris γ B C λ corr. δ 2 (a r) *y* [V Gem-
blacens. Gronou. Lips. Montepessul. uar. Parisin. 8216 a 1. m. Tau-
rinens. 1 Valentian.] Pph. cons. Acr. plusoris uel plus oris F λ' δ 1
(τ 1 et π) plusoris u B 2 superscr. φ 2 λ' 2 (β' σ τ 2 v) Pf. tractat.
Vindobon. in interpretat. pl: isoris ε 'Plosoris et plusoris legitur'
Acr. aulē B aulaea C Pph.' aulea cett.' 155 Sessori B Sessori C
post dicat punctum pon. codd. pars et Doederl. 157 Mobili-
busq; ε Nobilibusque B naturis Ω' ζ'' tractat. Vindobon. Wiclandus
maturis *y* [Upsalensis 1 Vatic. 1 Vigorniensis uar.] Benth. opp. tra-
ctat. Vindobon. 'dandus est] puero adolescenti et maturo seni τὸ (τὸν
 γ r) πρέπον id est decus tribuendum est. annis ad (a)etatem retulit,
naturis ut scias quemadmodum debeat uir loqui et quemadmodum mul-
lier' schol. I. in arte poetica particula 'et' nusquam postponitur et
cf. Ouid. epist. 14, 55: 'femina sum et uirgo, natura mitis et annis'

158 Redere u qui Ω' ζ'' florileg. Nostradam. cum M. Bon-
finis certo] C non liquet

uu. 159 — 200 DEFICIT cod. ε ; Ω' = γ B C F λ' δ u
159 humū > (= et) gestit B concludere C λ δ u (a et π) colludere

colligit ac ponit temere et mutatur in horas. 160
 inberbus iuuenis, tandem custode remoto,
 gaudet equis canibusque et aprici gramine campi,
 cereus in vitium flecti, monitoribus asper,
 utilium tardus provisor, prodigus aeris,
 sublimis cupidusque et amata relinquere pernix. 165
 conuersis studiis aetas animusque uirilīs
 quaerit opes et amicitias, inseruit honori,
 commisisse cauet quod mox mutare laboret.
 multa senem circumueniunt incommoda, uel quod

TESTIMONIA.

161—164 Ioannes Saresberiensis polier. VIII 24 162 uita Adalberonis c. 1 [Pertz. XIII = XII p. 130] 165 schol. Γ (γ Fran. omis. Hauthal. Paulus alii) epist. II 1, 100: 'ut alibi: et amata relinquere pernix' 166—168 Ioannes Saresberiensis polier. VIII 24 166 sq. 'animusque — amicitias' Seruius ad Aen. VIII 163 169—174 Vincentius Bellouacensis specul. histor. VII 67 169 sq. florilegium Paris. 8818^a 169 cf. Columbanus ad Sethum u. 21 [cod. Paris. 8303]: 'multa senem fragilis uexant incommoda carnis'

VARIA LECTIO.

γ B F ζ' (et Lips.) et iram] plura *Hildebertus*, C 1 non liquet u. 160 omis. F pr. 160 Concipit ω [Zarot.] *Peerlk.*, sed cf. *Stat. Th.* XII 759 ac ponit Ω' ζ' (et π) *flor. Nostr.* ac ponet r (et Lips.) et ponit y *Hildeb.* aut ponit y temere] te mēte = te metere B motatur C hora B, C non liquet 161 Inberbus γ C 1 (r 2 uar.) y [*Mellicens.*] Imberbus y [V] Imberbis τ ut uid. Inberb//s C Inberbis F λ δ u (π' σ a r v) *florileg. Nostradam. Vincentius* Imberbis β' τ l *Hildebertus Ioannes Saresber. Iberbis B; Charisius lib. I p. 95 K.*: 'inberbi autem dicuntur, non inberbes: sic enim et Varro . . . et Cicero . . . Titus Liuius autem XVIII inberbis singulariter' *Acr.*: 'Inberbus et inberbis, sicut inermus et inermis' *recepimus formam rariorem* 162 æquis F 163 Cereus β' ferens *Vincentius* uicium λ δ 1 flectit γ 165 cupidus, omisso que, *Vincentius* 166 Conuersi B animūque B uiriles B 167 Querit u amicitias λ amitittias ψ u amitticias C uu. 168—170 omis. δ pr., *add. in margine superiore* 168 Commisissis B mox mutare γ B λ corr. 1 aut 2 u (β' a v et Lips. 2) *Acr. tractat. Vindobon. florileg. Nostradam. Ioannes Saresber.* mox motare C permutare F λ' δ (σ τ r et π corr. Lips. 1; mutare π pr.) post mutare y [*cod. Gonodii*] mox munire y [*Helmstad. Mellic.*] in hoc usu particulae mox = postea ueteres grammaticos haesisse apparet ex *Seru. ad georg. I 24 ubi eandem ob causam Hor. c. III 6, 48 adlegat* 169 inc//omoda δ in//commoda u

quaerit et inuentis miser abstinere ac timere uti, 170
 uel quod res omnis timide gelideque ministrat,
 dilator, spe longus, iners audiusque futuri,
 difficilis, querulus, laudator temporis acti
 se puero, castigator censorque minorum.
 multa ferunt anni uenientes commoda secum, 175
 multa recedentes adimunt. ne forte seniles
 mandentur iuueni partes pueroque uiriles:

TESTIMONIA.

170 Acr. ad serm. I 1, 42: 'ut in arte poetica: miser — uti'

173 cf. Seneca de ira II 19, 4: 'senes difficiles et queruli sunt'

175 sq. 'multa — adimunt' Seruius ad Aen. V 344 cf. Seneca dia-
 log. VII ad Gallionem de uita beata 20, 3: 'ego fortunam nec uenien-
 tem sentiam nec recedentem' 177 Eugraphius in Terent. Phorm.

VARIA LECTIO.

170 Querit γ u abstinere Ω' ζ'' floril. Nostr. abstinet (sic) flo-
 rileg. Paris. 8818^a ac timet] omis. C 1 & timet C 2 Acr. ad serm.
 I 1 flor. Nostr. Vincentius 171 quod] quia Vincentius opp. flor.
 Nostr. omnis F γ [π Montep. Petropolitan.] omnes cett. ζ' floril.
 Nostradam. gelide timideque flor. Nostrad. timide Ω' florileg.
 Nostradam. cons. ζ' tumide π' geli B 172 Delator B comma
 post dilator del. Doederlinus longus Ω' ζ'' florileg. Nostradam.
 Hildebertus lentus Bentleius audiusque Ω' ζ'' tractat. Vindobon.
 florilegium Nostradam. Hildebertus pauidusque e cod. Reginensi, ubi
 legitur iners. \equiv audiusque; Bentleius; sed cf. Senec. epist. 101, 8.
 10: 'maximum uitae uitium est, quod imperfecta semper est, quod
 aliquid ex illa differtur. qui cotidie uitae suae summam manum
 imposuit, non indiget tempore. ex hac autem indigentia timor
 nascitur et cupiditas futuri exedens animum . . . cui uita sua
 cotidie fuit tota, securus est: in spem uiuentibus proximum quodque
 tempus elabitur subitque auditas et miserrimus ac miserrima omnia
 efficiens metus mortis' Aristotel. rhet. II 13, 8: 'καὶ φιλόζωοι καὶ
 μάλιστα ἐπὶ τῇ τελευταίᾳ ἡμέρᾳ διὰ τὸ τοῦ ἀπόντος εἶναι τὴν
 ἐπιθυμίαν' Sophocle. Acris. fragm. 63 N.: 'τοῦ ζῆν γὰρ οὐδεὶς ὡς
 ὁ γηράσκων ἐρα' Statius s. III 3, 132: 'Aeneas auide futura quae-
 rens' Acr.: 'cupidus futuri, quia semper senex timore mortis uiuere
